TECHE
UDINE

# MANOSCRITTI

# FONDO JOPPI

## Manoscritto n. J_MSS_0419

*I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.*

Collocazione:

**Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi**
*https://www.techeudine.it/fondo-joppi*
*https://www.sbhu.it/*

IN nomine domini nostri iesu christi:
Post ipsius sanctissima ascensione ad patrem
Omnes discipuli & apostoli missi sortibus
per mundi climata ad predicandu uerbu
in quo omne genu flectatur celestium
terrestriu & infernor, per quod saluati
sumus. Beatissimus autem
Petrus, sup quo fundata fuit sancta ec-
-clesia & cui datu est quodcumque ligandi
atque soluendi in celo & in terra, adducto
secu coapostolo paulo romam migrauit, ubi
mirificis rationibus & doctrinis ipsam
ecclesiam sub Nerone seuissimo decorauit
itemque autem discipulum euangelistam marcum
qui euangeliu ab ore petri scripsit
Jussu eiusdem predicationis gratia
ad urbem famosissimam Aquilegie
Caput Italie uenire, pontificatus
baculo ab eodem petro suscepto, Ibique

ex uettis Vin. Joppillotius

per aliquot annos urbis saluti predi-
cans, et cum apostolo affirmans, quoniam
hic est christus; evangelium propria
manu scripsit, quod in cathedrali
ecclesia Aquilegien. omnibus videre
volentibus diutius apparuit, nunc autem
Venetijs habetur, Sicque predicator
primus fuit In Aquilegien. urbe
Beatus Marcus Evangelista, Qui
rugitu concionis sue Infinitis populis
Domino acquisitis, et In fide firma-
tis, multum Beati Petri magistri sui
videre affectans et Romam proficisci
populum occulte dimittere satagebat.
Sed nutu Dei noviframe populo sibi
pastorem Instituit, Beatus Herma-
Hermachoras coras In pastorem gregis dominici
electus fuit, qui cum Beato marco
Romam profectus ab apostolorum principe

Petro baculu pontificatus accipiens et
sacrum velamen prothopiscopus fuit
Italie ecclesiam primatum obtinuit. et
regressus ipse hermacoras ad urbem Aqui
legiam, ecclesiam miro componens
moderamine, monacos et levitas
ordinavit, quos ad alias urbes tran
smisit, curriculo tandem migrantis
vite decurso ab ipsius ordinatione
premissis eius sacris ac gloriosis operibus
et miraculis, quantum legenda ipsius
declarat, sub Senasto preside in urbe
predicta, Nerone monarchiam gubernante
per diversa tormentorum genera cum sancto
fortunato eius archidiacono decollatus
Aquilegiensem ecclesiam sacro martyrio
decoravit, premittens ad palmam sacras
virgines nobiles Aquilegienses Euphe-
miam, Dorotheam, Declam et Herasmam

primas virgines, que propter xpi
nomine passe fuerunt, quarum cor
pora adhuc in ecclesia predicta Aquil.
multis quotidie nitent miraculis
ut eare historia docet: Cuius sanctis-
simi prothopresulis precibus tota
patria est a demonum invasione
liberata, ideo nec quisquam de provin
cia contigit per ubicumque fuerit
a demone vexari, nec mori morsibus
scorpionum.

Helarus }

Huic autem beatissimo prothopresuli
successit gloriosus Helarus patria
qui populum sibi commissum recte guber
nans in fide verbo confortans et
opere exemplis annis .xx. ab ordina-
tione sua una cum Traiano archidi-
acono suo, Dionisio largo cursum

Nel Codice Florio Vol. 1 Dipl. Aquil.
cum Taciano diacono suo.
(corpo?) leggesi Diaccono

vite glorioso martyrio sub numeriano
Principe consumavit : Post hunc aut
Erisogonus successit, qui decem annos mirifice rexit ecclesiam et decorauit . Erisogonus
Theodorus Patria successit Erisogono, qui Theodorus
tertio anno 3^mo^ ordinationis sue per
agonem martyrij celestia regna est adeptus
Rosigonus plenus diuinorum operum anno Rosigonus
uno ordinationis sue completo migrauit
ad dominum . .
Agabitus Patria huic successit et sedit annos Agabitus
tresdecim .
Fortunatus Patria sedit annos xij . Fortunatus
valerianus Patria sedit annos xv . valerianus
Hi omnes aut licet magnas infidelium
persecutiones passi fuerint , ecclesiam
tamen sacris predicationibus mire
auxerunt ~
Successit postmodum Beatus Cromatius Cromatius .

mirificus doctor, & comes egregij et
primi doctoris Beati Hieronymi. de
quo idem natus oppido Stridonis in domi-
nio ecclesie aquilegiensis Italie, more
Illustres ipsum Cromatium comme-
morat in quadam epistola sic scribens
dno. sco Cromatio beatissimo episcopo
Aquileiensi; et huius tempore Hier.
presbiter Aquilegiensis floruit electis-
simus, qui multos libros et scholas-
ticam historiam composuit, et de
greco translatavit in latinum ac plu-
res epistolas scripsit ad hieronymum
et ipse, sedit autem Cromatius annos
xviij. et plenus bonis operibus migravit
ad dominum, fuit autem tempore
magni Theodosij.
Augustinus Patria Cremonensis successit
qui post annum decimum nonum ordinationis

sue cuncto populo mirum funeris est.
Rodulphus Patriarcha sedit an. ix.
Maximinus Patriarcha sedit an. xix.
Amarinus Patriarcha sedit an. viij.
Secundus Patriarcha sedit an. iij.
Victorinus Patriarcha sedit annos xxxvj,
cuius tempore sub Theodosio 2°
Atila flagellum Dei volens sibi Romanum
imperium subiugare & debellare a
romanis primum Italiam & destruens
omnes munitiones Foriiulij primo
Castrum Foroiuliensem, quod nunc civitas
Austriae appellatur, Aquilegiam
obsessam tribus annis tandem capta
& destructa dictus Victorinus ab infidelibus
crudeliter occiditur & in peragrando
Veronam, Vicentiam, Brixiam, Bergomum
Mediolanum, Ticinum, Concordiam, Altinum
prope fines Trevisij & multas alias

cuminet igne ferroq consumpsit
occisis centū octuaginta millib; homi
et ultra, Post annus Atile mortē
qui non deus per et oronib Beati
Leonis Pape primi extinxit.
Marcellinus Pater stetit in regimi certe
annos xxviij. Quo tempore
Romanū imperiū gubernante Zenone
Odouacer Rubenorū dux occiso iam
Augustulo, qui Romanū imperium
inuadere presumpserat, Romā ingre-
ditur et totius fere Italie xiiij.
annos tenuit principatū; quem
Theodoricus Rex Gothorū cū innume-
rabilib; exercitu in campis vberrimis
iuxta Aquilegiā debellauit.
Marcellinus post marcellinū in sedem potestatis
successit, qui rexit annos xv. et nos
medio tempore leonis imperante

Anastasio quesito sum reformata ecclia
in urbe predicta, quo pp dilig destru-
ctione depopulata iniurii et incestum
peniu populus arui

Stephanus Patha sedit annos xxj. sub
Iustino Imperatore christianissimo et Rege
Theodorico regnante in Italia, qui
erat christianus et pugnator p fide

Macedonius Patha vir clarus et pius
temporibus Iustiniani uitam duxit
laudabilem, et p totam provinciam Italie
fres confortando in tpe post annos
xxxj ordinationis sue feliz per-
gitur ~

Hunc Paulus gloriosus successit antistes
sub Iustino Imperatore .ij. Cuius tpre
longobardi Italia intraverunt: quorum
historiā Paulus historiographus plenissime
enarrat, hic vero Paulus patha

timore longobardorum cum reliquiis et
thesauro ecclesiae se ad Insulam gradus
contulit, quam novam Aquilegiam appellavit,
et ibi xii. annos sedit et ad dominum
migravit

Rubinus Paulo successit et in dicta Insula
commoratus fuit annos. xii. et
postmodum migravit ad dominum

Elias Rubino successit, qui (ut dicitur)
fuit primus Rex Persus, sed postmodum
errorem suum cognovit, hic et voluntate
Beati Pellagii Papae. Sinodum xx episcoporum
fecit, ubi et consensu eiusdem gradensem
ecclesiam, novam Aquilegiam ut supra appellatam,
totius venetiae metropolim ordinavit.
Ad quem Eraclius Imperator devotior
ductus cathedram Beati Marci transmisit
ut Ibidem esset, ubi beatus hermacoras
suum habuerat, Primas vero esset

Venetias legitur, alteraque, que in in-
signis documentis nominat, aponomi-
finibus et ad flumen usque Danubii
continens Istriam et terminatur
Illiricis uero, que nunc mari cinguntur
adriatico, quas post eversionem Aquilegie
Incole habitarunt Caprum, ad hunc dilec-
tissimus Pellagius epistolam quam Beatus
Gregorius adhuc Cardinalis eius scripsit
expressis verbis transmisit, defuncto
autem Elia patria successit. ...
Severus qui sedit annos XV, hunc quidem
Smaragdus princeps cum tribus episcopis
Ravenam fraudulenter duxit compellens
eos communicare Episcopo Ravenati qui erat
hereticus, sed divino Judicio Smaragdus
a demone correptus est, ac Severus
ad ecclesiam suam reuertitur, ac bonis
operibus plenus uitam finiuit.

Defuncto Severo successit Joannes Abbas
qui de voluntate Agilulphi regis longobar-
dorum in Aquilegia veteri sedes est patriarcha
In gradu quo condinimus, eiusdem defuncto
ordinatur primicerius notariorum et tunc
ortum est scisma, et gradus incepit patriarcharum
haberi, Joannes sedit in Aquilegia an. xv.
Martianus patriarcha post Joannem sedit an. 3.
Fortunatus patriarcha post martianum sedit an. viiij.
Felix Patriarcha sedit an. xiiij. hic Reges
Longobardorum familiares habuit, cui ipsi
Reges fuit multum benignus. Cui quidem
Felici successit ~~alter~~
Joannes Patriarcha qui sedit annos. ~~iiij~~ novem et
huic Joanni successit alter Joannes
Joannes qui sedit annos. xx.
Petrus patriarcha sedit annos xiij. huius
tempore Justinianus. ij. Imperator
Sinodum universalem apud Aquil. celebravit

Serenus Patriarcha successit Petro, vir utique bonus, pius, ac omni simplicitate completus et ad Dei servitia promptus, qui sedit anno[s] ...

Calixtus Patriarcha successit Sereno qui sedit an. [illegible] vir nobilis atque conspicuus et est notandum, quod ab Helia patriarcha usque ad hunc Calixtum Patriarchae habitabant in Cormono et in civitate austriae. Duces vero fecerant sibi episcopium, et erat tunc temporis Fedreianus episcopus cui successit Amator, et advertens ipse Calixtus ~~[illegible]~~ no. et egregius, quod episcopi habitarent in sua dioecesi cum ducibus et nobilibus, ipse vero Patriarcha associatus vulgo, rurali more vivendo, duxit displicuisse sibi et dictum Amatorem de civitate austriae expulit et in domo sua sibi habitationem elegit, ~~[illegible]~~

~~Pemmo dux Foriiulij cum Calixto discordiam~~
~~habuit etc.~~ Quare oriuntur discordie
inter Calixtum et Pemmonem ducem Foriiulij,
Initur consilium cum multis consilij nobilibus
Longobardis, et ipse Calixtus captus
ducitur ad quoddam castrum iuxta
mare ubi parum defuit quin etiam summ-
mergeretur, nutu ~~tamen~~ autem dei ~~euasit~~
periculum euasit et multis inde diebus ~~maxime~~
tribulationis pane in carceribus detinetur
donec Liutprandus rex Longobardorum
hoc audiens Pemmonem cum sequacibus
et adherentibus (impiis) deposuit, et carceribus
longo tempore cruciauit, tunc vero Calixtus
honorifice reditione regressus suscipitur, Qui
deinde palatium commune sibi et successoribus
nobilissimum in dicta ciuitate [illegible] quo
feliciter quieuit
Sigualdus Patriarcha huic succedens et

in dicta Civitate sedit annos .xlv.
cum multimoda angustia

Sanctus Paulinus Patriarcha sedit an. xv.
Cuius tempore cessante Regno longobardorum
adivit Carolum magnum Imperatorem feli-
cissimum ab eoque privilegia pulcherrima
obtinuit et Ecclesias prospere in dicta
civitate instruxit multis preclaris Claruit
miraculis tam in vita quam in morte.
Cuius Corpus Civitate quiescit in pace

Ursus Patriarcha post hunc sedit annos xvj.
hic primus [illegible] Venetiarum Patriarcham gradensem
et gradum plebium ad privilegium ecclesiarum
confirmavit

Maxentius Patriarcha sedit annos. xvj.
ad cuius instantiam et preces procurante
Theodosio filio ludovici Imperatoris
Eugenius papa una cum ipso Imperatore
universale sinodum celebravit, in quo

ctrinto dicto [illegible], depositoq dicto ve-
nerio sibi nomen Patriarche falso usurpavit
plebs revocavit et adiudicavit sum ecclesiae
Aquilegiensi in plena sinodo ~
Andreas Patriarcha sedit ann. [illegible] qui [illegible]
generali sinodo plebem [illegible] [illegible] sub leone
papa
Smaragdus Patriarcha sedit annos xvii.
Maxentius patriarcha sedit annos. ii.
Qualpertus patriarcha sedit annos xxvi.
Hic Carolus secundus filius Ludovici a
Joanne PP. coronatus Romae, [illegible]
Federicus Patriarcha sedit annos Liii. qui
moderatissime ecclesiam gubernavit, cuius
tempore Carolo. iiii. Imperante, ungarorum
gens effera egressa in panonia finibus
ecclesiae Aquilegiensis adiacentes primus
intravit, tribusque annis ibi habitare
coepit, Erat nam gens ferina et

crudelissimus carne vescens humana
et sanguinem bibens, quos Federicus
patriarcha effugavit Reddidit Hesperie
partem, que est caput Italie, super
cuius sepulcrum Aquilegie extat epitaphium
his verbis.

L[upus] patriarcha sedit annos. xxv. hic
pro libertate ecclesiastica pugnans a
quodam Rodaldo longobardo occisus fuit
Cuius Rodalti bona omnia ecclesie
Aquilegiensi confiscavit et adiudicavit fructus,
et primam principum in Foroiulio asseruit

O[r]sus patriarcha sedit annos xviii. hic tempore
Beringarii. ii. ~~fuit~~ et multum pro ecclesia
solicitavit, domum in civitate Austrie
plurimis bonis opibus in perpetuum

Lupus Patha sedit annos nouem.

Bonaldfredus Patha sedit annos xxxij.
Cui Berengius ij. et post otto primus
Imperatores multas immunitates
et privilegia contulerunt, hic fuit
nobili genere et probitate conspicuus

Rodaldus almificus Patha sedit an.
xlij. nobilis fuit genere sed nobilior
moribus ab Imperatoribus ottone ij et
iij. obtinuit plura privilegia et
inter cetera quicquid inter planum
et liquentiam habebat fuit usurpatum
Rodaldus Longobardus, qui Leonem
Patham supranominatum interfecit.

Joannes Patha sedit annos xxiij.

hic et ab ottone iij. plurima privilegia obtinuit, et alterius ursone, qui se Patriarcham gradensem dicebat, coram Beato Henrico Imperatore; cuius uxor fuit Sancta Cunigundis, de gradu plebe sub nomine

Poppo Patriarcha venerabilis sedit annos xxxiij. Qui duobus Concilijs Romae et Ravennae celebratis coram Ioanne Papa xviij. et magno Corado Imperatore citato ursone Gradense per litteras apostolicas et non comparente de gradu plebem sua nomine, et in ipsis Concilijs ipsa plebs ecclesiae Aquileiensi adiudicata fuit decretumque simul concessum omnes sui successores patriarchae nomen falso usurparunt, ipsosque precavit ad thesaurum ecclesiae, libri, calici, calicis

paramenta vasa aurea & argentea. libru(m)
seu evangeliu(m) manu propria Beati
Marci cum corporibus sanctorum, quae
per Paulinum Patriarcham metu Longobardorum
ad praedictam Insulam gradus fuerunt depor-
tata et cum aliis reliquiis Aquilegiam
in ~~Ecclesia~~ eccl(es)iam, quae deportata fuerunt.
Templum et novo ~~[illegible]~~ construxit, et mona-
sterium monialium ordinis S(anc)ti Benedicti
extra muros Aquilegiae divae Mariae [illegible]
fundavit, aedificavit et opulentissime dotavit.
Joannes pp. 2. praedictus idem Popponi
tradidit potestatem sup(er) XVII. episcopatus, s(cilicet)
Tergestinum, Emonen(sem), Polen(sem), Parentinum, Iusti-
nopolitanum, Concordiensem, [illegible], Feltrensem,
Bellunensem, Tarvisinopolitanum, Vicentinum,
Veronensem, Tridentinum, Mantuanum atque
Comum. Quam potestatem cum ceteris
regalibus dictus Conradus concessit

Postea cum duobus Re[illegible] cardinalibus et XII ep(iscop)is solemniter [illegible] praesente Conrado praedicto Imperatore Jo. pp. [illegible] corpora [illegible] patronorum et [illegible] Aquilegiae transtulit [illegible] in lapide porphyretico [illegible] [illegible] [illegible]

et Confirmavit, multa alia bona
fecit pro dicta ecclesia, que singulatim enar-
rare nimis prefecto longum esset, in medio
pavimenti ~~ecclesie~~ templi sepultus in par-
gradine.

Oberardus Patriarcha sedit annos quinque de quo
nil dicendum.

Pologphaldus Patriarcha sedit an. xxvj. quod prius
~~de gradensi Insula~~ eam pro alexandrinum
vj. [illegible] per henricum Imperatorem tertium plebs
gradus adiudicata fuit ecclesie aquilegiensi
et pro vero super xvj. episcopatus ecclesie
est data potestas, hic construxit mona-
sterium sancti Stephani de muro aquilegie
in quo erant Canonici regulares, et postmodum
cantores, huic concessit Imperator ducatum
ducatum foriiulii et marchionatum Istrie

multaque alia largitus est, super omnia
monumentum [illegible] [illegible] [illegible]

[V]olmargheinus Patha sedit an. [illegible]
[S]igeardus Patha sedit annos viiij.
Huic henricus. iij. dedit monarchiam
Carniole, et multa alia privilegia, et
alios concessit confirmavit, accedente
et omnium confirmatione per urbanum pp.
ij. circa annos domini M. LXXXIX.

[H]enricus Patha sedit an. vj.
[U]dalricus Patha sedit an. iij.

[V]odalricus Patha sedit annos xxx.
qui cum henrico Imperatore coronationis
ipsius gratia Romam proficisceretur, orta discor-
dia inter Paschalem papam et Henricum
predictum, paschalis a vodalrico capitur

et dicto Vodalrico traditur custodiendus
quo procurante, pro iniuria [illegible]
et Imperatori, Imperatorque coronatur.
Ipse quidem tamen a d. Pontifice et ab Im-
peratore gratias multas obtinuit ~

Peregrinus sedit an. xxx. Cuius tempore
Honorius . 2 . pp. fuit Aquilegie /
et Lotharius Imperator coronatus ab
Innocentio pp. Cui coronationi Idem
Pelegrinus interfuit, et de regalibus
fuit Investitus ab ipso Imperatore.

Bertoldus Patriarcha sedit annos viij. qui
fuit oriundus ville primeriaci [illegible]
[illegible] Austrie, et plenus bonorum
operum tandem migravit ad [illegible]

Gottifredus Patriarcha regali stirpe genitus mira

24

prudentia ecclesiam suam gubernavit
sedit annos .xv.

Vodalricus .ii. Patriarcha sedit annos .xx.
qui legatus sedis apostolicae apud
Federicum primum Imperatorem eius
consanguineum, confirmationem privilegiorum
ab Adriano .iiii. et Alexandro tertio
confirmationem omnium ab ipso Imperatore
habuit, qui eidem concessit marchionatum
Istriae, Carniolae ducatum
et comitatum Foriiulii et multa
alia loca et castra, territoria
inter plavim et liquentiam eidem
Patriarchae et Ecclesiae Aquileiensi, montem
silicis cum omnibus suis appendiciis, et post reconciliationem factam
inter Alexandrum et Imperatorem, ...
... eiusdem Imperatoris pro

Ex mss. libri Jossii Utinensis

Ex mss.is Viri Josephi Utinensis

In nomine Domini Iesu Christi Amen. Incipiunt Gesta Patriarcharum Aquileiensium.

Post Iesus Christi sacratissimam Ascensionem ad Patrem omnes Apostoli missi sunt per mundi climata ad predicandum verbum, per quod omne genus flectit, Cœlestium, Terrestrium, et Infernorum, et in quo salvamur, et sumus dispersi; et licet Beatissimo Principi Apostolorum Petro data fuerat super universalem Ecclesiam alligandi, et solvendi in Cœlo, et in Terra plena potestas, Spiritus tamen sanctus ubi vult spirat, eundem Apostolorum Principem una cum Apostolo eius Paulo super quos velut semper firmos petras Ecclesia sancta firmata est. Romam deduxit, ubi ipsi Apostoli miraculis, et doctrinis predictam Ecclesiam sub Nerone saevissimo illuminaverunt, quorum discipulus Beatus Marcus Evangelista fuit, qui ab ore Petri Evangelium scripsit ex precepto dicti Petri ad Urbem Aquilegiam famosissimam Caput Italiae Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum venit, et per plures annos verbum ibi salutis predicans, et affirmans cum Apostolo, quoniam hic est Christus Evangelium propria manu scripsit quod hodie in Aquileiensi Ecclesia omnibus videtur, quia tale lumen sub modio poni non debet, sed super Candelabrum, ut lucem omnibus demonstraret. S. Marcus

Et sic primus Predicator in Aquilegia fuit Beatus Marcus Evangelista, qui predicationis suae virtute infinitis populis ad fidem Christi conversis, et iam fundata Ecclesia oculos Petri sui Magistri videre desiderans, et ire Romam populum occulte dimittere satagebat; sed dei instinctu vociferante populo ex

S. Hermacoras / petente Pastore, ob omni Turba Beatus Hermacoras in Pastorem gregis Dominici electus esse, Tunc dictus Hermacoras iter cum Beato Marco arripiens Romam peruenit, et à Beato Petro Baculum suscipiens Pontificatus, et Velamen Sacrum suscipiens Prothon: Episcopus Prouincie ytalie ordinatur, et super omnes Ecclesias ytalie primatum obtinuit, et reuersus ad Vrbem Aquilegiam Ecclesiam suam conponens miro moderamine, Sacerdotes, et Leuitas ordinauit, quos ad Ciuitates alias ytalie transmittebat tandem XX annos ab ipsius ordinatione decurso Curriculo omissis eius sacris operibus, et miraculis gloriosis, que in legenda declarantur ipsius sub Seuasto Preside in predicta Aquilegia Nerone Monarchiam Gubernante per diuersa genera tormentorum

S. Fortunatus cum Sancto Fortunato Archidiacono suo decollatus Aquilegiensem Ecclesiam Sacro Martirio decorauit, Permittens ad Palmam Nobiles Sacratissimas Virgines Euphemiam, Dorotheam, Thecla, et Herasmam, quas

Ste Virgines Sc. Euphemia, Dorothea, Techa, et Herasma propijs manibus Baptizauit, Hec Virgines post xijm Passionem premio per martirij palmam in inundato ... qua Corpora tradiderunt, que in Ecclesia Aquilegiensi cottidie gloriosis coruscant miraculis. Huius sancti presulis precibus Aquilegiensis Prouintia est ab inuasione Demonum liberata, nec aliquis de hac Prouintia ubicunque fuerit à Demonio vexari potest, nec periclitari morsibus Scorpionum.)

Helarus Huic Beatissimo Prothopresuli successit Beatus Helarus Patriarcha, qui sibi comissum Populum in fide Christi Verbo confortans et opere expletis ordinationis sue annis x. sub Moroniano Principe Vna cum Taciano Diacono suo, et alijs tribus Dionisio, Ilario, et Felice Bonum certa-

S. Tacianus, Dionisius, Ilarius, et Felix men certantes cursum glorioso Martirio consumauerunt.)

Grisogonus Helario successit Grisogonus Patriarcha, qui expletis annis .x. sue ordinationis mirifice rexit Ecclesiam.)

Theodorus Grisogono successit Theodorus Patriarcha, qui plenus bonis operibus

migrauit

migrauit ad Christum post nonum annum ordinationis suę. )

Agapitus Patriarcha sedit annos. xiii. — Agapitus

Fortunatus Patriarcha sedit annos. xv. — Fortunatus

Valerianus Patriarcha sedit annos. xviii. — Valerianus

Benedictus Patriarcha sedit annos. xxv.

Post hos successit Beatus Cromatius Patriarcha doctor insignis con= — Beatus Cromatius
temporaneus egregij, et primi doctoris Ecclesię Beati Hieronymi;
quem Cromatius idem Hieronymus natus oppido Stridonis in Dño Eccle= — . . . . nus
sie Aquilegiensi sibi inter uiros illustres commemorat, et in quadam — Stridonis
epistola sibi scribit Domino suo Cromatio beatissimo episcopo Aqui=
legiensi. ¶ Huius tempore floruit etiam Ruffinus presbyter Aqui= — Ruffinus
legiensis doctor eximius, qui librum de istoria scolastica composuit — lib. de istoria scolastica
et multos alios de Greco, et Ebrayco transtulit in latinum, mul=
tasque epistolas direxit Hieronymo, et Hieronymus sibi (sedit
autem annis. xviii. et plenus bonis operibus migrauit ad Christum. )

Cromatio successit Augustinus Patriarcha, qui post annos. xviii ab ordi= — Augustinus
natione sua aucto populo dei cum fructibus in pace quieuit. )

Adelphus Patriarcha sedit annis. viii. — Adelphus

Maximus Patriarcha sedit annis. xx. — Maximus

Ianuarius Patriarcha sedit annis. viii. — Ianuarius

Secundus Patriarcha sedit annis. iii. — Secundus

Nicetas Patriarcha sedit annos. xxxii. Cuius tempore regnante — Nicetas sub quo
Secundo Teodosio, Augusto circa annum Domini. ccccxxv. Attila — Aggrauit Attila
flagellum Dei Cupiens sibi Romanum Imperium subiugare, et debellatus — et destruxit
a Romanis quibus adherebant fere omnes populi occidentales, ubi occi= — ut infra
sa fuerunt clxxx milia hominum, recedens ad panoniam, et rea= — Attila
sumptis uiribus iterum intrauit ytaliam, et primo ueniens in foro Iulij — Castrum Foroiu=
primo Castrum Foroiulianum, quod nunc Ciuitas Austrię appellatur, et — lianum. s. Ci=
obsedit Vrbem Aquilegiam tribus annis, et collem ubi nunc est Castrum Vtini — uitas Austrię
pro suis habitatione manualiter fieri fecit, Tandem fame exigentibus propter — Vtinum

tiū annoꝝ obsidionē, infra quod tempus multa milia hominū Aqui-
legiā occisa sunt, Aquilegiā cepit, et destruxit dictā Ciuitatē
inhumaniter iugulando deinde ad partes alias Ytalię progrediens Ciui-
Vrbes ab Attila deletę — tates Concordiā, Altinū, quod nunc Venetiis dicitur, opitergium, — Vrbes ab Attila deletę
Paduam, et alias multas deleuit, tandem precibus Beati Leonis Pape
Leo Papa — primi idem Attila extinctus est.) — Leo Papa

Marcellianus — Post Attilę necē sedit in Aquilegia sede Marcellianus Patriarcha
annis .xxviii. huius tempore Zeno Romanū fastigium guber-
Odorother uel potius Odoacer, et fuit Rex [illegible]loꝝ — nabat, Odorother Rutenoꝝ dux occiso quodam Augustulo qui Ro-
manorum Imperium inuadere praesumpserat, Romā ingreditur, et totius
Ytalię per .xiiij. annos obtinuit Principatum, quē Theodoricus Rex
Gotoꝝ ad Ytaliā properans, cui dictus Odorother occurrit cum in-
numerabili exercitu iuxta Aquilegiā in Campis Vlteriis debel-
lauit.)

Marcellinus — Post Marcellianū Marcellinus in sedē constituitur Patriarchalē, quā
rexit annis .xv. et eo modico tempore Anastasij Augusti
refformauit Ecclesiā, et Vrbē Aquilegiensē, quā propter inua-
sionē Attilę inuenit plurimū deformatā, et quasi totaliter
destitutā.)

Stephanus — Stephanus sedit annis .xii. hic sub Iustino Christianissimo Impera-
tore, et Theodorico regnante in Ytalia, qui erat Ariana infectus
heresi, et Arianos protegebat, multa pro fide Catholica passus
est, sed Christo protegente non solū Ecclesiā, sed totalē Prouin-
ciā à peste huiusmodi liberauit.)

Macedonius — Macedonius Patriarcha successit uir clarus, et pius, qui Iustiniani iustitiā
Augusti assumptus temporibus uitā ducens laudabilē, et per Pro-
uinciā Ytalię pergens fratres mirabiliter in Christo confortabat, tandem post annos .xxvi. ab ordinatione sua felice re-
quieuit.)

Huic

Paulus

Huic successit Paulus gloriosus Antistes tempore Iustini Imperato=
ris secundi, cuius tempore Longobardi Narsete Patricio du=
ci Italiam intrauerunt, quorum historiam Paulus Istoriographus, Paulus Istori= cus Ciuita= tensis
qui fuit natione Ciuitatensis diligenter scribit, et dicti Lon=
gobardi primo in Forumiulij intrantes Ciuitatem Austrie, que Ciuitas Austrie s. Castrum Foro= iulij
tunc Castrum Foriiulium dicebatur, depopulauerunt, et totali=
ter destruxerunt, qualiter autem, et quomodo ducisse filijs et
filiabus accidit, et cuius inductu predicti Longobardi Italiam
intrauerunt, ipse declarat plenius, hic Paulus Patriarcha
timore eorundem Longobardorum ducum cum Thesauro, et Reliquijs
Ecclesie ad Gradum Insulam se contulit, quam nouam Aquilegiam appellauit, et ibi duodecimo Pontificatus sui anno uitam fini= Gradus
uit.

Probinus Paulo successit, qui uno anno apud Gradum uixit.) Probinus
Helias Patriarcha sedit annis .xxii. hic quia tria Calcedon. Helias
Concilij suscipere noluit, semper Hereticus reputatus erat,
sed Pelagius Papa secundus eidem misit Epistolam satis utilem,
quam beatus Gregorius dum adhuc esset Cardinalis scripsit,
Tunc Helias ab errore reuocatus de predicti Pape Pelagij
consensu xx.ti Episcoporum Sinodum conuocauit, et Gradensem
insulam, que ut predicitur, noua Aquilegia appellata fuit De Patriarcha Gradensi
totius Venetie instituit esse metropolim, ad cuius robur
Eraclius Augustus deuotione ductus beati Marci sedem quam
dudum Elena mater Constantini tulerat de Alexandria pri=
uilegium direxit ut ibi [illegible] ueneraretur apud sancti

De duabus Venetijs

Harumque sedes ubi primo praedicatum verbum Christi (?). Ve-
netiae quippe duae sunt, prima est illa quae in antiquioribus his-
torijs celebratur, quae a Panoniae terminis usque ad Fluvium Adua-
tij (?), in qua Ecclesia Istria complectitur, protenditur, cuius
Metropolis olim Civitas Aquileia caput ~~[illegible]~~ extitit, quae etiam
caput Italiae vocabatur, secunda Venetia est quae in quibusdam Insulis
maris Adriatici ex collectione populorum primum Venetiarum propter
rabiem Attilae, et deinde Longobardorum infra aquas fundata est.)

Severus

Severus Patriarcha successit Heliae quem Aquileiam novam (?), et
XV. annis sedit, quem Smaragdus Patritius ut Ravennati cum alij (?)
Episcopo adhaerere cum his Coepiscopis de gradu violenter
abstrahens cum iniuria Ravennam duxit compellens eundem Se-
verum dicto Ravenn. Episcopo in his damnatis Capitulis a Papa
Pelagio adhaerere, sed iusto dei judicio Smaragdus Patritius
a daemonio correptus Constantinopolim venerunt (?), Severus vero
expleto anno uno ad Gradum cum his Coepiscopis rediens non
est receptus a populis, nec sibi voluerunt alij Episcopi co-
municare, quia errori Ravennae Episcopi communicaverant,
sed convocata Sinodo X. Episcoporum in Marano idem Seve-
rus dans errores sui libellum a fratribus benigne in Pa-
triarcham susceptus est, Episcopi qui autem dictae Sinodi inter-
fuerunt, sunt hij, Petrus de Altino, Clarissimus de Sabione (?)
Angelus Tridentinus, Iunior Veron., Oratius Vicentinus, Lauren-
tius Bellun., Rusticus de Tervisio, Fonteius Feltrens., Angelus
Concordiensis (?) Vicentij, Maxentius Iuliens., et Iulianus Polens., huius etiam
tempore saeviente adhuc multitudine Longobardorum et Im-
perante Mauritio Augusto Romae maxime, et similiter per
universo

Angelus Vicentij no.

universum [illegible] fuit.)

Post obitum Severi Ioannes Abbas cum consensu Regis, et Aquileiensis Ducis Foroiuliensis in Patriarcham in Aquileja vetere ordinatur.) — Ioannes Abbas

¶ In Grado quoque Candianus Caput Scismatis a Romanis instituitur.) — Candianus

¶ Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius in gradu Scis=matis ordinatur, et exinde coepit nominari Patriarcha Gradensis, qui Epiphanius erat primicerius notariorum Romanorum.) — Hic incipit nominari Patriarcha Gradensis Epiphanius

Marcianus Patriarcha sedit annis. viii. — Marcianus
Et Fortunatus Patriarcha sedit annis. iii. — Fortunatus
Felix Patriarcha sedit annis. xiii. — Felix
Ioannes Patriarcha sedit annis. xiii. — Ioannes
Petrus Patriarcha sedit annis. xiii. — Petrus

Serenus Patriarcha sedit anno uno ¶ et nota, quod a Sereno Patriarcha usque ad Calistum qui Patriarchae propter incursionem Romanorum non audebant stare in Aquilegia, sed habitationem sibi elegerant in Cormons, — Serenus habitavit in Cormons

Sublato itaque de medio Patriarcha Sereno successit Calix=tus vir egregius Ecclesiae Tarvisinae Archidiaconus, qui annitente in Purado Rege Longobardorum regimen Ecclesiae Aquilegiensis suscepit. Et tempore in Castro Foroiuliano, quod nunc Civitas Austriae appellatum primo duxi pro..., Calis=tus vero in Cormons habitabat de consensu, et volunta=te Ducum priorum, Fidentius in Castro Foroiuliano Episcopus constituitur, ipso vero decedente Amator subrogatur, et in Episcopum ordinatur, Calixtus vero, qui erat egregius, et nobilitate conspicuus videns quod in Dioecesi sua cum Duce — Calixtus; Liuthprandus Rex:; Civitas Austriae S. Castro Fori Iulii; Fidentius Epus; Amator Episcopus

et Foroiulij Amator Episcopus habitaret, et ipse Calixtus
Burnli(?) Ulgo sociatus nihil duceret, motus est ad iram, et o=
stendit, quod valde sibi displicuit, et ad praedictam Civitatem veni=
ens Amatorem de Forojulio expulit, atque domum illius sibi ha=
bitationem statuit, qua de causa magna inter Calixtum Patri=
archam, et Pemmonem Ducem discordia orta est, quid plura
dux Pemmo contra Patriarcham cum multis Longobardis Nobilibus
Consilium iniit, et apprehensum eundem Patriarcham ad Castellum Pi=
cium supra mare ut ipsum submergeret duxit, quod Deo prohi=
bente non fecit, tamen ipsum diu plurimis tribulationibus pene
in Carcere sustentavit, quod Rex Liutprandus audiens contra
Pemmonem Ducem in iram exarsit, et de Ducatu deposuit, Pemmo
timore regis in Sclavorum patriam cum suis fugit, Rex vero dictum
Pemmonis filios, et omnes, qui Pemmoni adhaeserant longo tem=
pore Carceribus cruciavit, post haec Patriarcha ad Civitatem
veniens ibi Ecclesiam, et Baptisterium sancti Joannis, atque Pa=
latium Patriarchale construxit, et Regis suffultus favore Eccle=
siam Aquileiae gubernavit, post hoc vero [illegible] ordinationis
suae anno felice pace quievit, cuius corpus in praedicta quam
construxit, Ecclesia requiescit.)

Sigualdus Patriarcha de genere Ginvaldi regis sedit annis XLII.
hic natione Civitatensis ibi habitavit, et Ecclesiam prospere
gubernavit.)

Sanctus Paulinus Patriarcha sedit annis XV. qui facto iam Regno
Longobardorum, et in captivitate ducto desiderio ipsorum Rege
una cum Uxore, et filijs, ad gloriosum Carolum magnum Impe=
Imperatorem

Imperatorem pro Iuribus ecclesiae acquirendis profectus est, et vir iste vitae sanctitatis ab Imperatore Karolo Privilegia valde pulchra obtinuit, et rediens in Civitatem Austriae multis in vita miraculis claruit, et in morte, cuius Corpus in praedicta Civitate quiescit, et veneratur.)

Ursus Patriarcha sedit annis. V., hic primus cepit proclamationem facere de Gradu Insula plebe Sinodali tunc subiecta Aquilegiensi Ecclesiae, in qua quidem Venetis sibi Patriarchae nomen Venetiis usurpaverant.) Ursus

Maxentius Patriarcha sedit annis. XXVI. ad cuius preces Beatus Eugenius Papa, et Ludovicus Imperator ad instantiam Lotharii filij dicti Ludovici Mantuae Sinodum Maximam Celebraverunt, in qua eodem Maxentio proclamante quod quidem Venetis sibi falso nomine Patriarchae in Gradu Insula plebe Aquilegiensis Ecclesiae usurpaverant, et debita mature causa praedictam Sinodum declaratum fuit Gradum esse plebem Sinodalem tunc ecclesiae Aquilegiensis subiectam deposito Venerio antedicto.) Maxentius

Andreas Patriarcha sedit annis. X. hic similiter de Gradu plebe Aquilegiensi ad Lotharium Imperatorem proclamationem fecit, qui Lotharius una cum Leone Papa vocato Concilio iterato adiudicavit Gradensem plebem Ecclesiae Aquilegiensi subiectam.) Andreas

Venantius Patriarcha sedit annis duobus

Theudimarus Patriarcha sedit annis XXI. hic sub praedicto Lothario, et Ludovico eius filio Ecclesiam mirabiliter gubernavit et pro Gradensi plebe reclamavit, et a Lodovico obtinuit in Papia.) Venantius Theudimarus

Lupus Patriarcha sedit annis duobus, hic similiter a praedicto Lupus

Ludovico in protectione susceptus est.)

Valpertus sedit annis LIII. hic mirabiliter vixit, et protexit Ecclesiam huius tempore Superato Karolo, qui dicebatur fuit Grossus Hungarorum gens asinina agressa, que in Provinciam [Pannoniam], que adiungitur finibus Ecclesie Aquilegiensis primitus venit, et eiectis teutonis habitare ibi cepit, erat enim gens crudelissima carnem comedens humanam, et sanguinem bibens pro potu, quos dictus Federicus Patriarcha repressit, et longius effugavit reddens pacem hesperie, que est caput ytalie, Corpus eius in Aquilegia requiescit, et super sepulcrum eius tale scriptum est Epitaphium.)

Conditur inferius nitido Patriarcha lapillo
Preclarum nomen cui Fridericus erat
Ungrorum rabiem magno moderamine pressit
Et fecit hesperiam pacis habere bonum
Egregius Pastor nitens dum pasceret agnos
Semper utrique gregi pabula lata dedit
Hunc Deus omnipotens proprio ditavit honore
Post hunc Angelicis consociando Choris
Tanquam Precursor Christi Baptista Ioannes
Pontifici meritis auxiliare suis.)

Leo / Leo Patriarcha sedit annis XXII. hic quia pro libertate Ecclesie laborabat, a quodam Rodoaldo Longobardo duce Foro-Iulij occisus est, quo omnia eius bona Ecclesie per potentiam Principum confiscata fuerunt ut inferius patebit.)

Rodoaldus dux Fori Iulij:

Ursus Ursus Patriarcha sedit annis XXIIII. tempore Berengarij

secundi

seculi, totiusque Deo dedit multos genere solicitudines, et labores pro Ecclesia Aquilegiensi in Civitate Austria felice pace quievit, et fuit circa annos Domini 918. )

Lupus Patriarcha sicut in Antiquis Cartis reperitur, sedit annis LV.I. sed non ita reperitur in Privileggijs autenticis, cum Berengarius tertius, qui fuit anno Domini 931. multa privileggia concessent Patriarche Stangilfredo, nec non Rodulfo successoribus suis, et largas fecerit Donationes. ) Lupus

Hengilfredus Patriarcha quanto tempore sedit non est rectus, sed quod Berengarius, et Otto primus multa Privileggia Ecclesie Aquilegiensi tempore istius contulerunt. ) Hengilfredus

Rodulfus Alheghiens nobilis genere, sed nobilior opere pro exaltatione Ecclesie ubique laborans ab Ottone secundo, et tertio plures gratias, et largitiones obtinuit, et inter cetera R. R. quidam Longobardus nomine Rodulfus, qui Leone Patriarcha interfecit, de quo facti mentionem reperitur quod habebat inter Friuim, et ligurtiam Ecclesie Aquilegiensi contribuit. ) Rodulfus

Joannes Patriarcha sedit annis .xviii. hic ab Ottone tertio plura Privileggia habuit, et de Gradi insula, in qua erat quidam Vrsus nomine Dattu prochamavit, et deinde cum Enrico primo Imperatore, qui Henricus sanctus appellabatur, cuius Vxor fuit Beata Cunigunda. ) Joannes

Popo Venerabilis Patriarcha sedit annis .xxiiii. hic Cancellarius magni Corradi Imperatoris, qui totum orbem pacificavit Popo

in Patriarcham assumptus est, iste gloriosus Antistes Templum Aqui=
legiensis Ecclesiae de novo construxit, quod una cum Beato
Papa Ioanne XVIIII, et alijs Sanctae Romanae Ecclesiae Cardi=
nalibus, et alijs Episcopis suffraganeis consecravit, Monaste=
rium Sanctae Mariae extra Murum Aquilegiae construxit, ac sub
Templum, quod Monasterium similiter ~~[illegible]~~ ditavit
innumerabilia bona ipsi Ecclesiae fecit, quae hominibus
cunctis omnibus, hic apud praedictum Ioannem Papam, et Conradum
Imperatorem sibi Romae Concilium procuravit, et demum Ra=
vennae in quorum utroque proclamatione facta de Grado plebe
qua, et Ursone Veneto, qui sibi falso nomen Patriarchale
usurpaverat, et contumaciter in dictis duobus Concilijs non
comparente dicta Insula adiudicata est plebs Aquile=
iensis cum et Patriarchalibus Titulis, sibi iuste, et procurante
eodem omnes Thesauri Ecclesiae, qui furtive sublati fuerunt per
Paulum Patriarcham reportati sunt per Poponem. Iacet in
Ecclesia Aquilegiensi in medio, et ut in medio ipsius
Ecclesiae Dominus hic eius, in cuius Sepulchro hij Versus
leguntur.

Popo Sacerdotum lux, et decus Ecclesiarum
Gloria Romani spes simul Imperij
Conspicuus titulis humanae conditionis
Ecce sub hac mole fit cinis exanimis
Instruit ut Paulus fuit omnibus omnia factus
Pena studens Domino dupla Talenta suo

Hic

Hic locus est Poppij quibus ipse resplendet aulis
Ille quidem Dominus nobilis atque probus
Ex ornas istam Christo fundaverat aulam
Ultima principio, quam dedit auro suo
In libro pleno duodena parte locato
Acta Dei vivi sub rogo parte iacent.)

Huic etiam Beatus Papa Ioannes super .XVI. Episcopatus potes=tatem tribuit una cum prefato Imperatore, et multa alia Priuileggio, et immunitates largiti sunt Ecclesie Aquilegien=si, que nimis prolixum esset narrare per singula.)

Heberardus Patriarcha sedit annis .V. de hoc nihil invenitur dicendum Heberardus

Gothopoldus Patriarcha sedit annis .XVII. qui ~~est~~ etiam de Grado Gotopoldus Insulam proclamationem fecit, cuius per Alexandrum Papam quod Henricum Imperatorem in dicta Insula adiudicata est, et per utrumque data est potestas super .XVII. Episcopatus

Hic Gothopoldus iacet nisi in monumento
Hic Presul dictus nomine non merito
Sed quia mortalis nec peior non erat ullus
Filij Christe Dei nunc miserere mei
Ora pro famulo sancta Maria tuo
A morte perpetua libera me Domine
Crux mihi sit requies, Crux mihi sancta salus.)

Ravegerius Patriarcha sedit annis iiij.

Ravegerius

Sigehardus Patriarcha sedit annis octo, huic Henricus .ij. Sigeardus dedit Marchiam Carniole, et alia multa privilegia concessit,

et confirmavit, iste et Henricus dedit Sigheardo predicto, et Ecclesiae Aquilegiensi per suum regalia .XXI. Episcopatuum, quae etiam Urbanus Papa ii et confirmavit, qui Urbanus fuit anno Dñi M.° LXXXVIII.)

Henricus, Henricus Patriarcha sedit annis .VI.)

Fridericus, Fridericus Patriarcha sedit annum unum.)

Vodalricus, Vodalricus Patriarcha sedit annis .XXXVII. hic Vodalricus cum Henrico Imperatore .iiij. Romam vadens pro ipsius Coronatione, propter aliquam discensionem inter Paschale Papam, et ipsum Henricum cum Paschale Cardinalibus capitur, et ipsi Patriarchae in custodiam traditur, tandem factis compositionibus Henricus Coronatur, et post aliquod ipsius procurante dicto Patriarcha pax firma inter Papam, et Imperatorem facta est, propter quod idem Imperator multa privilegia Aquilegiensi Ecclesiae concessit, et concessa confirmavit.)

Gerardus, Gerardus Patriarcha sedit annis .viij. hic de Villa Premariaci apud Civitatem Austriam fuit bonis operibus plenus in Civitate predicta migravit ad Dñum Iesum Christum.)

Pelegrinus, Pelegrinus Patriarcha sedit annis .XXXI. tempore istius fuit Henricus .ij. in Aquilegia huius etiam tempore Lotarius a Papa Innocentio secundo Coronatur ~~fuit~~, cui Coronationi idem Pelegrinus interfuit, et de regalibus fuit ab ipso Imperatore honorifice Investitus.)

Gothofridus, Gothofridus Patriarcha sedit annis .XXij. hic de regali Proprio Ecclesiam, et totam Provinciam mirabiliter honoravit, ditavit, et auxit, hoc tempore Fridericus primus anno Dñi M.°

M°. cLiij. per Adrianu Papa iiij. est coronatus in Impera-
torem.)

Vodolricus Patriarcha sedit annis .xx. qui Legatus Apostolicae se- Vodolricus
dis fuit, et Imperatoris Friderici primi consanguineus, ab
ab Adriano iiij. et Alexandro iij. confirmationes privilegiorum
obtinuit, huic etiam dictus Fridericus omnia privilegia Im-
perialia, et regalia confirmavit, Marchiam Istriae, et Carnio-
lae Ducatus, et Comitatum Forijulij, et multa alia loca, et
Castra, et Terram [illegible] Plavium, et Siguestiam iacentem concessit,
et per alios Imperatores, reges, et duces confirmavit,
dedit etiam ~~etiam~~ Ecclesiae Aquilegiensi de Imperiali le-
gatione montem Sylicis cum omnibus suis appendentijs, et post
reconciliationem factam inter Alexandrum iij. et dictum Im-
peratorem, ipse Alexander fecit dictum Vodolricum Patriar-
cham per totam Italiam Vicarium Generalem, hic duplici Lega-
tione s. Papali, et Imperiali decoratus est, iacet in Aquileia,
in cuius monumento scripti sunt isti versus.)

Alter Vodolricus iacet hic Patriarcha benignus
Fluctibus ereptam servavit Ecclesiam 5)
Praedijs ditavit fratres hos ipse beavit
Cum sanctis iaceat, gaudia possideat.)

Pelegrinus secundus sedit annis .xiij. Iste redificavit Pelegrinus 2us
Ecclesiam Civitatensem, quae cum omnibus libris, et Thesauris
suis exusta fuit, fecitque Tabulam argenteam, et alia mi-
rabilia clenodia auro, argentoque contexta in Ecclesia

predicta, et etiam multis bonis ditavit, sed pulcriorem fecit
in Ecclesia Aquilegiensi, que pignorata longo tempore
per incuriam Pastoris fuit Venetis, quam isti Veneti hodie
servant pro pretioso thesauro, iste primo cepit contrahere
amicitiam, et pacta cum Venetis.)

Volcherus) Volcherus Patriarcha Beatus sedit annis xij. hic ab Henrico,
et Ottone iiij. confirmationes privilegiorum obtinuit, et coram
eis, et etiam coram Friderico ij. Marchionatum Istrie, quem
dux quidam Bavarie Ludovicus nomine tenebat, per
Principum sententiam obtinuit, et resignatione facta
per dictum Ducem de huiusmodi Marchionatu per omnes
nos Imperatores successive investitus est dictus Patriarcha
de dicto Marchionatu, cui etiam Otto predictus montem Vigilii
donavit, hic multa sanctitatis opera in vita sua fecit, que
Deus post mortem eius ostendit. Nam eius Archa marmorea
in Aquilegiensi Ecclesia in aere pendebat mirabiliter stans
circumquaque per quatuor digitos super terram, nunc autem
uno Angulo terram tangit modicum aliis Angulis minime
terram tangentibus.)

Bertholdus Bertholdus Patriarcha sedit annis xxiij. Iste filius ducis
Moranie Patruus fuit Beate Helisabeth, que fuit filia
Regis Ungarie, cuius Beate Helisabeth mater fuit soror
dicti Patriarche Bertholdi, hic Archiepiscopus Colocensis
existens in Patriarcham assumptus est, qui Friderico ij. adhe-
rens usque ad eius depositionem multos honores, multa
Privilegia, et gratias obtinuit ab eodem multa bona
cum Patre, et Matre Ecclesie contulerunt, et potissime
in

in Histria, et Marchia, et Carniola, cum praedictis Imperator
etiam postea Aquilejae inter alia concessit, et tradidit, huius
tempore Ezzelinus de Romano Tyrannidem exercebat, et licet Ezzelinus de romano,
idem Bertholdus indignatione eorum adhaerebat Friderico. Sedis Apo=
stolicae migrasset ad Romanam Curiam cum magna comitiva Ba=
ronum, et Nobilium, et ibi magnalia ostendens ab Innocentio iiij.
Gloriose receptus gratiam, et benedictionem obtinuit, et rediens
a Curia Romana post aliquod tempus multa dimittens de
proprio Patrimonio Ecclesijs feliciter quievit, iacet in Tabor=
ris Ecclesiae infra Ecclesiam, et dicitur quod cum primo Ecclesiam
intravit, ubi est monumentum ipsius cogitavit fortiter,
et dixit haec requies mea in saeculum saeculi; hic etiam Civita= Ecclesia maior
tem Austriae muris ampliavit, fecit etiam Ecclesiam Sancti Odo= Utinensis
rici in Utino.)
Gregorius de Monte Longo Patriarcha sedit annis xviij. hic Gregorius
fuit Patriarcha per Innocentium iiij. Anno Domini M°CCLIIJ.
Venit ad ipsam Ecclesiam, hic antequam esset assumptus ad Patri=
archalem dignitatem existens Notarius Papae missus fuit Legatus
contra Fridericum iam depositum, qui Parmam obsidebat, Parmenses
videntes sibi auxilium parari egredientes, idem Gregorius tempore
una cum Parmensibus exercitum Friderici aggressi sunt, et spo= Fredericus Imperator
lijs acceptis ipsum Fridericum cum exercitu suo non sine magno
damno, et opprobrio expulerunt, hic gloriosus Antistes multa
laudabilia operatus est, multas Guerras pro libertate Ecclesiae
suae cum Comitibus Goritiae, et Tyrolis passus est, et eandem Eccle=
siam suam potenter protexit, mortuus est in Civitate Austriae,
quam intime diligebat, cuius Corpus iuxta Corpus Sancti Paulini
sepelitur Anno Domini M°CCLXVIIJ. Fuit eodem anno Philippus

Philippus dux Karinthię — dux Karinthię, quem dominus Gregorius X. confirmare noluit, sed factus
fuit Generalis Capitaneus Ecclesię Aquilegiensis, et vacavit sedes
iiij. annis, hoc tempore captum fuit Civitas Austrię proditorię
per Federicum Damnipiero Vicarium dicti Patriarche, faventibus
sibi fere omnibus Civitatensibus, et nonnullis interfectis, et expul-
si fuerunt fere omnes boni populares, et alij quorum bona abstule-

Rex Boemię Vassalus Eccl. Aquil. — runt, et sed eo anno Rex Boemię Vassalus Ecclesię Aquileien-
sis habens ad hoc plenum speciale pro redemptione ipsius Civitatis
misit Vicarium suum cum magno exercitu, qui Civitatem obsedit
unde ipsa Deo superstite restituit, interfectis proditoribus ad pacem
venientes terram, et libertatem propriam, et pristinam reddide-
runt.)

Raimundus — Raimundus Patriarcha sedit annis XVI. hic existens episcopus
Cumanus factus est in Patriarcham per Dominum [D. Gregorium X.] Richardum anno
Domini M°cc°LXXiiij. iste in adventu suo cum Alberto Comite
Goritię guerram fecit, sed modicum duravit, anno Domini M°cc°
LXXVij. accessit ad Illustrem Principem [Rodulphum] Philippum Regem Roma-
norum, et habito colloquio cum eodem a propria est reversus, et cum

Veneti et Istria — quia Veneti coeperunt occupare terras Istrię, incepit grandem
guerram facere cum eisdem, quę guerra incepit in M°cc°LXXXiij.
et ultra durauit fere annis XII. hoc tempore Veneti obti-
Tergestum — nebant Tergestum, et fecerunt turrim iuxta Tergestum
Romagnum — quam nominaverunt Romagnum, iste vero Patriarcha cum ex-
ercitu suo valido veniens debellavit, spoliavit, et cepit,
et Romagnum destruxit, tandem anno Domini M°cc°LXXXXI.
fuit proclamata pax, mortuus est autem in Castro Utini, et

sepultus

pontibus Aquilegiae, ac sepultus in Capella Sancti Ambrosij
anno Domini M°. CC°. LXXXXVIIIJ.)

Petrus Patriarcha sedit annum unum partes secundi, hic licet ha= gravitas fuerit antiquus Dierum modicum supervixit iacet in Utino in Castro ante Altare maius.) Petrus

Ottobonus Patriarcha sedit annis. xiij. qui existens Episcopus Paduanus factus fuit Patriarcha per Dominum Bonifacium. viij. anno Domini M°. ccc°. ij. hic mirabiliter, et fortiter regnum cepit, multa debita solvit Romanae Curiae, Salinas in marani, cepit Manzanum, et pretio emit Sacillensem, primo anno quo venit hoc tempore anno Domini M°. ccc°. xi. Rizardus de Camino cum exercitu valido expugnavit Spemberch, et habuit sub certis pactis anno Domini M°. cccij. Idem Dominus Ottobonus cepit Castrum Budrij fortissimum, et bene munitum gentibus, et victualibus, sed iusto Iudicio Dei mirabiliter captum est ru= intrinseci ina lapso de rostris, et omnes qui ibi fuerunt, eodem anno obsedit Castrum Perzach; sed illi de Castello venerunt ad misericordiam Domini Patriarchae, et petito vexillo Ecclesiae in Castello id propria est induxerunt, eodem anno obsedit Castrum de Vnsperch, et ipso anno recuperavit Sacilum detentum per Rizardum de Camino anno Domini M°. ccc°. viij. destruxit turres Venzoni, eodem Dominus Rizardus fuit debellatus in Utino, et ibi de Spimberch interfectus, et multi alij Nobiles captivati; et multa alia fecit, Ottobonus

5. Sn. quia causa brevitatis omitto, et anno Dni M°. ccc°. xiij. Videns ad Curiam insuperabile oppressus, et rediens in Confinibus Placentiæ in loco qui dicitur Argnat obijt.)

Castorus) Castorus electus fuit in Patriarcham, et equitante eo, et volente venire in Patriam ~~casu~~ cecidit de equo, et mortuus est.)

Paganus) Paganus Patriarcha II. sedit annis. XV.)

B.
4. Bertrandus Bertrandus Patriarcha Beatus sedit annis XV. mensibus VII. dies VI. hic fuit oriundus de Castro Sancti Genesij, iste Antistes multum laboravit pro libertate suæ Ecclesiæ, ipse prostravit Castrum Paganum, Raimundum, atque Sucanum, ac Braulinum, Cosabut stravit ad ymum, et Caudarum prostravit, hic Pinzanum, Cadubrium, atque Venzonum libertavit hereditavit Aquilegiensi Ecclesiæ, et facilitatem muro munivit hic fecit fieri, ac depingi Capellam, in qua iacet sepulcrum eius marmoreum, quod cernitur, fieri fecit, ipse cultor Iustitiæ, amator pauperum, pupillorum, Viduarum protector, hic rediens a Roma in anno Jubileo a suis æmulis in Richinvelda interfectus fuit anno Domini 1350. sexto Junij; in Utroque sepulchro multis miraculis coruscavit post mortem, ut habetur in miraculis suis, sicut patet.)

Nicolaus) Nicolaus Patriarcha Boemus sedit annis . . . . . .
hic mandato Papæ ex commissione iustitiam fecit de omnibus qui fuerunt occisores, et mortis causa prædecessoris sui Bertrandi, aliquibus caput amputari, aliquibus membra dividi.

diuidi, et sic nostri Inquisitione non, hic cum copioso exercitu am-
plexatus est Patriam, Virilis, et audax in operibus suis, Ecclesiam suam,
nec non Patriam bene gubernavit, tandem mortuus, et sepultus in Utino
in sepulcro praecessoris sui Bertrandi.)

Ludovicus Patriarcha sedit annis iij. hic debilis tunc extitit, qui pro tuitione suae Ecclesiae a duce Austriae captus, et quod plures Nobiles cum eo, et usque ad Viennam ducebatur, qui dimittebatur sententiam capitalem. eum relaxaverunt, eum ad Patriam venerunt, videns dux quod illusus esset ab eis dimisit Patriarcham, eumque associavit usque in Patriam, illo anno dux obtinuit Portum Naonis, et recepit eum, sed post recessum ducis cum gente sua recuperabat Portum Naonis, et remansit in libertate.) Ludovicus

Marquardus Patriarcha benignus sedit annis xxij. hic primi Ro-
muli exhibit Comes atque Vicarius potens in opere, et sermo-
ne, hic pro Ecclesia sua cum Venetis pluribus annis bella duxit,
illo tempore ligam fecit cum Domino Rege Ungariae, cum Comite Go-
ritiae, cum Tervisinis, cum Paduano, et debellati sunt cum Venetis
et multa fortilitia in mari, et in terra recuperavit eis, et vere
ad nihilum redierunt, et multa alia operatus est, quae causa
brevitatis omitto, idem Patriarcha fecit cooperire Ecclesiam
Aquilegiensem Sanctae Mariae Virginis, et fecit eam multum bene,
et pulchre ornare, quae multis annis extiterat negata,
et plena vepribus, et urticis, et pecoribus ovibus pro Terremotum
olim facta in Conversione Sancti Pauli, Imperator contulit
eidem Patriarchae, et Ecclesiae Aquilegiensi quadam Censum pro-
veniens de Florentia, quod Censum solvebant Florentini
Imperatori

Marquardus

Veneti

Terremotum

Infestatus a Florentinis dabit Eccl. Assisio } Imperatori, per modum taliter pace quievit anno Dni M°. ccc°. Lxxxj.
Die 13°. Ianuarij. )

Philippus de Alencio : Anno Domini M°. ccc°. Lxxxj°. tempore quo sedes Aquilegiensis vacabat Rectore, et Gubernatore omni Patria turbata, Terre Contra, populi Certo petebat auxilium ab Alto dei Consilio, ut deus omnipotens tribueret eis propugnatorem, utilem, et tutorem, sicut divina providentia in re disposuit, sic res processit, in factis contingit, quod Dominus Apostolicus mitteret quendam Virum, et dedit solemnem Rev. Dominum Philippum de Alenconia Cardinalem ad partes Fori Iulij in Patriarcham, et rectorem, erat quedam rebellio, et discordia partium s. Utini, Terrarum, et oppidorum, quedam partes receperunt dictum Philippum in Patriarcham reverenter, et letanter, quedam partes restiterunt, et renuerunt, Unde decretum fuit per eundem Dominum Cardinalem, et per eius Consilium, quod omnibus Utinensibus, Terrisque et Villis sitis, et alijs resistentibus imponeret interdictum, sic etiam in Terra Utini, et alijs, et in Castris, et complicibus suis, et sic factum fuit, et positum interdictum omnibus resistentibus, et nolentibus ei obedire tempore Patriarche, illo anno quo impositum

Pestis Utini Atr. } fuit Interdictum, regnabat validissima pestis epidemie in Terra Utini, et in toto orbe, et decedebant in Utino in die plusquam Centum, interdum plures, et incepit d. pestis de mense Maij, et duravit per totum Augustum, et mortui sunt illo anno plusquam xx. millia Christianorum, eo tempore erant quatuor sacerdotes vel quinque profani, qui celebrabant divina officia in facie Ecclesie, et cum illis quatuor vel quinque sacerdotibus omnes mortui sepulti sunt, finita peste idem Philippus Cardinalis videns partes adversantes sibi, et nolentes obedire ei, quia in Comandam

volebant

nolebant eum, sed si vellet deponere Pileum, et accipere baculum Pastoralem Ecclesiae Aquilejensis ipsi vellent ei obedire tanquam Patriarchae, et vero Pastori sin autem non, Ipse autem renuens, et nolens deponere, sperans ascendere ad summum Apicem, et eligi in Papam, recessit a partibus Forijulij, et adhesit Domino Francisco Antiquo de Carraria Paduano, qui Franciscus dedit sibi pro Capitaneo quendam Johannem Dhiz, qui veniens cum magna Societate in Forojulij, cepit primo Portumgruarij, Sacillum, Sanctum Vitum, Suorzanum, Valvasonum, Glemonam, et alia multa Fortilitia, et intravit olim Aquilegiam in qua Personae Ecclesiam violaverunt, et devastaverunt, mulieres, homines ceperunt, trucidaverunt, et alia multa enormia in dicta Ecclesia sive Civitate commiserunt, et fere totas Villas Forijulij cremaverunt, et duravit ista guerra ab ipsius inchoatione usque ad septenium, et tempore huius Guerre Utinenses miserunt ad Dominum Apostolicum Urbanum Sextum Utinenses ad Civitatem Januae Bogardes duos, ut mitteret eis unum Pastorem, sive Patriarcham, et direxit eis unum Patriarcham Ierosolomitanum Legatum, et venit Utini, stetitque per unum annum, et postmodum recessit, et multa bona secum detulit, sed paulo post Dnus Apostolicus direxit quosdam solennes Viros, et Dominos Legatos Vz. Dominum Episcopum Branchinum de Mediolano, et Dominum Abbatem Legationis etc., ut ipsi inquirerent, et viderent per quas causas, et per quas personas deficeret, ne predictus Dominus Philippus Cardinal obediretur tanquam Patriarchae. Suasum fuit predictis Dominis Legatis, et consilium ut relaxarent.

Interdictum

Interdictum, ut homines fierent magis beniuoli, et propitiores ad
concordiam, et ad compositionem, et sic predicti Domini suspenderunt
Interdictum usque ad tempus, et beneplacitum eorum, Insuper sus=
penso Interdicto Canonici, et alij sacerdotes voluerunt diuina
officia celebrare in faciem sacerdotum profanorum, et eorum qui uiola=
uerunt Interdictum, Vnde Canonici impetrauerunt gratiam a
Dominis Legatis, et a domino Cardinali, ut sacerdotes profani me=
rerentur absolui, sic obtenta gratia omnes fuerunt absoluti
a uinculo Excommunicationis, sed non a uinculo irregularita=
tis, et hoc sacrosanctis tactis Euangelijs Christi manualiter
Iurando deinceps semper stare Ecclesie mandatis, post hec Do=
mini Legati iuerunt Vngariam exponendo negotia sua coram
Rege, prout a sede Apostolica habuerant in mandatis, quorum
Legatorum unus ibidem mortuus est, et sepultus, tandem omnibus
expletis Dominus Episcopus, et Legatus susceperunt iter
suum redeuntes ad partes Foriiulij inuenerunt partes aduersas
rebelliores quam prius, et peruersiores, tunc denuo reuocauerunt
Interdictum in pristinum statum, et restrinxerunt, tunc lis orta
est maior quam prius fuerat, tandem post longi temporis spacium
fatigati, et bursis euacuatis compositionem fecerunt, partes
aduersantes supradicto Domino Philippo uolentes obedire, et
in Patriarcham eum recipere, et sic concordati sunt inuicem, ipsum
receperunt in Patriarcam, sed non multum durauit, Vnde
prouerbium qui fel in ore gerit, uix dulce spuere nequit,
Tunc

Tunc videns Dominus Philippus sic se illusus recessit a Forojulij,
et transfretavit, et ivit usque Paduam, deinde Romam, ibi finito Con=
cilio misit iterum quendam suum cum copioso Exercitu maiori pro= suis [illegible]
re, qui veniens ad partes Forijulij, ipsum totaliter destruxit, Tamen=
que Utini obsedit, cursum aquae recepit nec volent poterant, ni= Utinum fugendo
si ex abundantia pluviae, quae saepius deo pluente fiebat; vel
bibebant granum, vel interdum cum piscinis, ~~Tandem~~ Tamen quadam die deo
pluente magnum tuber, sive pluvia fuit, ipsa societas eius=
dem fuerunt cum felle ex laborare, et propter turbidum aquas non
valentes per transire aquas, Utinenses cum exercitu eorum inse=
quuti sunt eos, et ipsi versus Tergest. fugam ceperunt, quidam ex
eis submersi sunt, quidam capti, quidam occisi, et morti dedit, re=
cipientes, eis omnia preda, et bombardos, machinas, et pauci
ex eis evaserunt, deinde Utinenses cum exercitu suo cum gaudio
~~[illegible]~~ victoriam laudes deo retulerunt,
eiusque Genitrici, qui eis talem dedit victoriam in secula secu=
lorum. Amen.

Finita guerra, Burtisque evacuatis, vel devictis, Villis crematis, fa=
ne Castra costigat, non populi volentes ulterius habere, nec guer=
ram facere, videntes se desertos ex utraque parte concordiam quae=
runt insimul, et sic factum est, nuntios ex utraque partes mi=
serunt Dominum Apostolicum sunt consulti, ut mitteret eis
unum Patriarcham, sive Pastorem utilem, et bonum, qui acquiescens
verbis, vel literis eorum, elegit eis unum Joannem de Moravia Ra=
nat paralisim, et Fratrem Regis Boemiae non tamen legitimum,
sed

sed gravis, Nuntij vero redierunt cum gaudio, quia subsecuturam nunciaverunt, et omnes exultaverunt gaudio magno valde laudantes eum, qui facit omnia, electione itaque facta Illustrissimi Domini Joannis de Moravia Ecclesiae Aquilegiensis Patriarchae misit quendam Militem in Hierusalem suum, qui cum applicuisset, et interim applicavit parte Forijulij, omnia Castella, omnia Castra, omnia oppida omnia loca Ecclesiae Aquilegiensis restituta sunt.)

Joannes) Joannes de Moravia Patriarcha Aquilegiensis sedit annis sex dieb. xiij., qui cum primo venisset in Forijulij reverenter atque gratanter susceptus est in Patriarcha, tandem inimicitia orta est inter Dominum Patriarcham et Dominum Federicum Nobilem Militem de Savorgnano ex parte Romanum conquerentium, et accusantium dictum Dominum Federicum, et ex parte novercae suae, quae quotidie proclamationes faciebat coram dicto Domino Patriarcha accusans eundem Dominum Federicum in multis, qui Patriarcha eo quod erat de parentela dictae Novercae supradicti Domini Federici, credidit, et attendit verbis suis ambiguis, Unde idem Dominus Federicus cum consilio amicorum recessit a Terra Utini causa evitandi scandalum

Pinzanum et transtulit se Pinzanum, et alijs suis Fortilitijs, et Patriarcha recessit Saffimberch, et ad Civitatem Austriae, et ibi permansit per aliquod tempus, tandem Dominus Federicus cum consilio amicorum suorum Civium Utinensium vere omnium reversus est in Terram Utini cum magno comitatu, sentientes autem inimici eius quod erat

esset in terra Utini Consilium inierunt inimici ut morti tra=
derent eum, sicque res processit in actu, Venientes autem inimici
eius, et descendentes ab equis intrantesque Capellam, et ipso asper=
gente se, mox unus eorum porrigens manum dexteram, ut moris
est Amicitiae, salutavit eum, alij vero ensibus eductis eius cervice | Mors Fride=rici Savor=gnani
recisa succubuit, mortuo, et occiso in Capella sua illi ascenden=
tes equos ceperunt fugam, quia illo die erat magna pluvia,
et ventus, ergo grande tempus, qui planum polvere, ergo ma=
gnus dolor, et luctus fuit in Urbe Utini; Post mortem vero su=
pradicti Domini Friderici res permansit in alta non post lon=
gum temporis spacium tunc Patriarcha pervenit in Civitate
austria, et intelligens quod Dominus Fridericus erat occisus,
ipsi qui occisioni interfuerunt, in exilium sunt expulsi, et
receptis omnibus que possidebant, aliqui Paduam iverunt, et alij aliis;
et illi qui morti Domini Friderici fuerunt causa, sunt hij
Henricus Isleon, Andreas Magagnarra cum filiis suis, et miles
quidam supradictus Homerus Auvenutus Domini Friderici, et ipse
similiter in crastinum a populo cum impetu in Platea Communis
Utini capitaliter percussus est, Patriarcha vero recedens a Ci=
vitate austria ivit Soffumbergh, et stetit ibi, et illo anno
ipse cepit sive Maresclalcus suus Sanctum Danielem, et idem Ma=
resclalcus interfecit duos fratres, et filios quondam Conradi, et ipsum quondam
Conradum captivavit, et post aliquod tempus compositione facta | Sanctus Daniel
cum Patriarcha promiserunt illi de Sancto Daniele obedire
ei, et facere reedificare quandam Domum, in qua solebat Patriarcha

descendere, et habitare in eo, quod Dominum iuraverunt illi de Sancto Daniele propter superbiam eorum, et facta est pax inter Dominum Patriarcham, et homines de Sancto Daniele, et dimisit Dominum Conradum, quem captum habebat, et induit eum pulchris vestes, eo anno, quo receptus fuit tunc, Varnerius Zancarella proditione cepit Castrum Manzani, et expulit Dominum, tandem cuius erat Castrum, ibi guerram volebat ducere cum Patriarcha, sed facta pace ut superius dixi, facta est etiam pax inter Thideum, et Varnerium Zancarella, et restituit sibi Castrum suum, eo etiam anno Patriarcha multum minabatur

Utinenses / Utinensibus, et vix volebant exire de Utino, et multi capti fuerunt, et conducti usque ad Tornae, et multas pecunias ab eis extorquebat si volebant exire, tandem pax orta est inter amicos, et inimicos vz Dominum Patriarcham, et Amicos Domini Federici, et cum filijs suis vz p Tristano, et p Francisco de Savorgnano, et per consilium eorum venit Utinum, et post paucum temporis spatium interemptus est in Castro ante portam Castri Utini In M.ccc.Lxxxiiij. die xij. octobris, et sepultus in Utino in Ecclesia Maiori ante Altare maius etiam etiam in veste absque sacerdotibus in sepulcro olim Patriarche Bertrandi.,

Tornae /

(Postea predictus occisus est infra p Tristano, et p Fran.co fratre et filijs q. d. Federici de Savorgnano.)

Ex hinc Ioanni successit Antonius de Gaeta Patriarcha Aquilegiensis, qui ab ordinatione sua usque ad recessum eius sedit annis. vij. qui cum non esset sanus in Corpore, semper sanus Consilij, et Constantia, manus nullius fugabat propter infirmitatem quam habebat, iste idem Patriarcha fecit de portare tres Sicarios in quibusdam desertis ubi erant vepres, vespertiliones,

latrones

Antonius Gaetanus.) Alq.

Da qui in giù questo brano di Cronaca si trova anche nel Cod. Flor. [illegible] Bibl. Flor.

latrones, qui saepius veniebant in forum Iulij praedabant, et homines capiebant, et ipsos ad fodiendam terram ducebant, et imponebant eis compositionem, et postea dividebant eos, interdum ponebantur ibi, qui cum illuc venisset cum omnibus Iulij, quos debebat Domino servire secundum temporis necessitatem, prout notum est Patriae, ipsos malandrinos, fortalicia propugnacula eorum existentia in montibus in locis excelsis, sive in cavernis totaliter destruxerunt, et plures ipsorum trucidarunt, et de castro per magnum tempus forum Iulium non molestaverint, non multum post idem Patriarcha fuit exosus fere omnibus hominibus, eo quod ipse erat nimis avarus, et non expendebat largè sicut praedecessores sui, vescebatur herbis crudis et holeribus cum aceto, et sale, et non dabat aliquod lucrum mechanicis, sed solummodo accumulabat pecunias, habens autem plenam bursam VIII.L.x. millia ducatorum et ultra, cepit iter suum paulatim, et venit usque Romam promittens redire, et non rediit, et ibi factus Cardinalis Aquilegiensis.)

53 Antonius de Portugruario Patriarcha Aquilegiensis venit Aquilegiam, sive applicuit in M°cccc°ij. die sexto octobris Aquilegiam, et celebravit missam suam novellam eodem anno in die sancti Lucae Evangelistae, et Pater eius ser Nicolaus Panciera eodem die duxit uxorem de la Gallina, nam ante idem Antonius erat Episcopus Concordiensis, et erat valde dilectus Papae Bonifacii noni eo quod ipse fuerat scriptor eius, et ideo post recessum supradicti Antonij Cajetani elegit

(Abb.s de Portugruario.)

eum cum voluntate, et consensu fere omnium Castellanorum
Civium, Dominorum, Prelatorumque omnium hominum in Patria existen=
tium, et petiit ad partes Forijulij, ipse fuit letanter, atque
gratanter receptus, et ei obedierunt, iuxta eorum voluntatem,
sed non post multum temporis spacium aliqui indignati sunt
spernentes eum, atque dicentes cuius est iste, filius unius
Pelliparij est, ubi est nobilitas eius, ubi milites eius, et
sic fremebant, et stridebant dentibus, et dicebant hic non
facit Iustitiam, nec Iudicium tenet, quare ergo debemus
ei obedire, ex quo non potest facere Iudicium, et Iusti=
tiam, sed quid plura isti omnes Adversarij, et Rebelles sui,
et unionem inimicam fecerunt mittentes edicta, literasque
Domino Apostolico querimonias super eo faciendo, falso eum
accusando in multis, rogitantes Dominum Apostolicum, ut
privaret eum, et aliud eis daret Patriarcham, quibus auditis,
et intellectis eundem Patriarcham Citari fecit sub poena
x. millium Ducatorum, quod si non compareret infra decem dies
coram Domino Papa quod ipse esset privatus a Patriarchali
dignitate, sed ad petitionem illorum Civitatensium, et Collegarum
eorum dedit eis unum Patriarcham similiter nomine Antonius
qui existebat Episcopus Concordiensis, qui Antonius veniens,
Gregorius, sive Errorio, et merito errorio, quia toti mundo
errorem contulit, et venerat ad Civitatem Austriae, Antonius
Utinenses receptus est in Patriarcham eorum ex voluntate, et consensu
[illegible] [illegible] est Patriarcha Antonius de Portugruario
Utinensis

Vtentib(us), et prouentibus respondent Camere Patriarchali Ciui=
tatem, et ipsi Vtentes censum, et prouentus, siue affictus lar=
giti sunt Venetis; et ipsi Veneti largiti sunt illi Antonio
Patriarche eorum Ciuitatensium, quod Censum ascendebat ad summam
mille Ducatorum, et sic fingebantur de affictibus Pape, et eorum
Patriarcha, hic notandum quod quando Patriarcha de Portugruario
uidit se ita accusatum, antequam eorum Papa ueniret ad
partes Foriiulij misit litteras, et nuntios excusando se, qui
Papa nolens audire litteras, nec nuntios intelligere misit
eum iterato priuari, eo quod personaliter non compareret
coram eo, sed diuina potentia fauente illo anno omnes Prin=
cipes, omnes barones, et omnes magistri diuinitatis, et omnes
Prelati totius mundi christiani uniti sunt, et generale
fecerunt Colloquium in Ciuitate Pisarum super facto Scismatis
quod regnauit temporibus prefatis vz. graue per xxxij. annos,
et factum est, ut Papa Gregorius qui putabatur uerus Pastor,
et Benedictus qui putabatur Antipapa, uterque deponeretur;
et elegi deberet unus, qui totius orbis esse deberet uerus
rector, et pastor, appropinquante termino vz. in Annuntia=
tione Beate Marie Virginis omnes Ambassiatores omnium Prin=
cipum, omnium Prelatorum conuenerunt ad predictam Ciuitatem
Pisarum, quorum numerus fuit usque ad summam .xx. milium;
qui cum omnes ibidem conuenissent Gregorius reuocauit, nec
uoluit comparere Synodo, sed uerso tergo uenit ad partes
Foriiulij

Romi Julij ad Civitatem Austriae In die Pentecostes cum quibusdam Car=
dinalibus, et alijs de gente regis Apuliae, et alijs multis Prelatis, et
contradicentibus omnibus rebellibus domino Patriarchae Antonio de
Portugruaris ibique stetit in magna reverentia celebratur ab
eisdem, et stetit in Civitate Austriae usque ad Nativitatem sanc=
tae Mariae Virginis, et recedente eo cum gente sua, et aliquibus
Cardinalibus non multis sed tantum duobus, gentes, sive stipendiarij
Utinenses / Dñi Patriarchae, et Utinenses insequuntur eos, atque capiunt,
et morti tradunt, omnia bona eorum auferunt, Papa vero
evasit cum quibusdam [illegible] capti, et depraedati fuerunt omnibus
bonis eorum, et voluit dicere aliqui, sive dicunt, quod idem
Papa amiserit omnibus computatis plusquam LXX millia Du=
catorum, et transfetavit usque Apuliam, et ibi permansit cum
auxilio Regis Apuliae, eo anno, et M. cccc.x. circa festum sanc=
ti Johannis Baptistae Cardinales, qui tunc erant Pisis cum consensu
et voluntate, et deliberatione omnium qui ibidem convene=
rant, elegerunt in summum Pontificem quendam Cardinalem qui
prius extiterat Archiepiscopus Mediolanensis, cui imposuerunt no=
men Alexander, qui Alexander postquam electus est in Papam,
privavit omnes adhaerentes Errorio, et ei obedientes, similiter
excommunicavit Errorium, et Benedictum, et omnes tenentes parte=
gium (?) eorum, Antonium vero Patriarcham confirmavit in pristinum
statum s. in Patriarchatum, et tunc idem Antonius Patriarcha vi=
dens rebelles adhaerentes ei obedire, coepit guerram cum eis, et multa
damna

damna intulit eis, et ipsi e c°. sed multo maiora damna, et pericula inimici eius pertulerunt, Benedictus vero qui putabatur Antipapa renunciavit, et noluit vocari plus Papa, nec Antipapa, et ivit ad partes suas, eo vero anno mortuus est idem Alexander Papa in Civitate Bononiensi, et ibi sepultus, post mortem vero dicti Alexandri electus est in Papam Cardinalis Bononiensis cui impositum est nomen Ioannes, et idem Ioannes confirmavit eundem Antonium prae=dictum in Patriarcham, illo vero anno Civitatenses dediti sunt Comiti de Ortemburch, eique adhaeserunt cum omnibus collegatis suis, et idem Comes venit Civitatem Austriae plusquam cum ducentis equis, et cepit potestatem, et imposuit gentem suam intus, et expulit omnes populares, et maiores exceptis quibusdam, et obtinuit eandem totam fere per duos annos, et plus, similiter Carneam, Tulmentum, Glemonam, Spilim=perch, Valvasonum, Sanctus Vitus, Venzonum, Purcilii, Maranum, et omnes homines Tulmenti obediebant illi Comiti tanquam Vicario Imperatoris excepto Utino, Castello Porpeti, Sorvinbo, Portugruario, Sacilo, et aliis paucis locis, et villis, qui omnes rebelles erant Domino Patriarchae propter invidiam.)

Anno Domini M°. cccc°. x. die ultima Augusti incepit guerra inter Utinenses, et Civitatenses, quam antea non habue=runt guerram ad invicem, sed tantummodo Patriarcha litigavit cum eis, et e converso propter inobedientiam illorum rebellium. | Utinenses Civitatenses

partes adversas, ita idem Patriarcha debellatus est, et cum inimicis suis fuit per duos annos, et plus antequam Utinenses diffidarent Civitatenses, et duravit guerra illa per duos menses integros, hoc tempore die x septembris Glemonenses cremaverunt Villam Tarcenti, et domos domini Dionysii, quas aedificare fecerat de novo, ipsas funditus ruinaverunt in parte fugati antequam Utinenses diffidassent partes oppositas, Castrum de Pers captum fuit a gente domini Patriarchae, et similiter Turris Bona, et post parvum temporis spacium quidam Longobardus proditor existens tunc Capitaneus eiusdem Castri proditorie fecit, et precio mille ducatorum tradidit eundem locum Glemonensibus, et postmodum clam recessit ad partes suas, Castrum vero Turris bonae remansit in potestate, et Dominio Nobilis Viri, et valorosi militis domini Tristani de Savorgnano, et ipsum multum fortificavit, et ipsum tenuit pro se, domini vero, et domini eiusdem loci expulsi sunt, nec eis datum fuit quicquam, sed post adventum domini Regis restitutum est eis dictum Castrum.)

Anno Domini M°CCCC°XI. die ultima Februarij expiraverunt Treugae inter utrasque partes, et x dies post, et die xxi. Aprilis incepit iterum guerra, qua die iiij. Maij Civitatenses

cum

cum exercitu suo aggressi sunt Villam de Porpetto, et Villam Pucioli; illo die gentes Utinenses irruerunt in eos, et multi ceciderunt a parte utraque, et multi vulnerati; et caput sive ductor gentium Utinensium captus est a Civitatensibus fere cum xx aliis, et conducti fuerunt ad Civitatem Austriae, sed post tres dies dimiserunt eos revertere ad terram Utini exceptis burgensibus, et quibusdam rusticis qui imposuerunt compositiones, sive Taglias, die . xxi. Julii facte sunt treuge inter Utinenses, et Civitatenses, et partes adversas per . x . dies causa recolligendi bladum quod in Campis, et Villis erat, et die xxiij. Julij fuit magna Tempestas in Utino, et die precedente fuit magna Tuber, sive inundatio aquarum, Tunc prorogaverunt treugas de octo in octo dies, et de decem in decem usque ad penultimam Septembris, et die ultimo Septembris Civitatenses cum quibusdam Ungaris, quos proditorie fecerant venire in terram suam, et nihil dubitabant, quia non esset pax, Civitatenses cum Ungaris iverunt ad Villam Porpetti ivenerunt, magnamque predam fecerunt, Villam cremaverunt, et abierunt Pontemfaleonum devenerunt, et ibi devoraverunt omnia, que spoliaverunt, deinde venerunt ad Villam Pozzuoli, eamque cremaverunt, et depredaverunt omnia quecumque potuerunt, et

abierunt, die octava septembris Vngari illi venerunt ad portam
Vtini, quae dicitur porta Aquilegiae, et multa animalia accee-
perunt, et ex Vngaris capti fuerunt quod plures, et occisi, sed
ex Vtinensibus quatuor capti fuerunt, et unus acriter vul-
neratus, item die .xij. octobris exercitus Quidotergii iverunt
ad Villam Ortoli, Vaglianum, Pasegianum selavicum, et ibi ali-
qua animalia spoliata sunt, et abierunt, item die prima
Novembris treugae factae sunt inter partes per .xx. dies, et
die .xxj. Novembris expirarunt treugae, et sic ex utraque
parte ad octo dies supersteterunt, et non spoliarunt, item
die .xxviij. Novembris applicuit ad partes Foriiulij exercitus
Domini Regis Vngariae cum .xi. millibus equitibus, quorum ductor,
sive Caput erat quidam Florentinus nomine Pipo, consi-
Vtinenses // derantes autem Vtinenses non posse obsistere contra tan-
tam multitudinem magnam equitum armatorum proposuerunt
fore omnes vere obedire Domino Regi Vngariae tanquam
Imperatori, et sic deliberatione facta miserunt solennes
Ambasciatores s. Dominum Michaelem de Rebotto, et alios
plures ad dictum Dominum Pipo, et ipse idem Dominus Pipo
audivit, et exaudivit eos, et recepit eos ad obedientiam,
et facta pax inter omnes partes patriae Foriiulij die
sexta Decembris in die sancti Nicolai Confessoris, item
die

Die .vij. Decembris venerunt Vngari sive ducati Vtini, et imposuerunt Vexillum Domini Imperatoris super Castrum Vtini, et posuerunt similiter super Castrum Vtini unum Capitaneum s. unum Theutonicum nomine Paulus Glomizer, et reliquerunt eum ibi, et abierunt, Non ibi, antequam appropinquassent Gentes Domini Regis Vngariae Vtini, qui Vtinenses / Vtinentes miserunt ad Venetos cum Consilio Domini Tristani de Savorgnano Veneti genero, ut Veneti subvenirent eis, qui responderunt quod non possent eis dare subsidium, Vtinenses vero reddiderunt, velaliorem quod fecerunt, et quia Veneti habebant ante omnia loca, et Portusgruarium pars Dulcenarum precio, et adulatione comparata ac facilium, totum Comitatum Porcilliarum Brugnerae, et Valuosonum, et Spimberch, sperantes adhuc habere alia loca, Terras, et Castra, et Portusgruarium, quaecumque essent Ecclesiae Aquilegiensi, sed quia Deus resistit superbis, et humilibus dat gratiam, idem Dominus Pipo cum exercitibus suis subiugavit sibi, et Ecclesiae Aquilegiensi usque dum veniret novus Patriarcha omnes Terras, omnia oppida, Castra, et Portusgruarium, et omnes obedientiam fecerunt, et similiter obedire Domino Comiti de Ortenburch tamquam Vicario Temporali Domini Regis Vngariae Imperatori promiserunt,

Postquam

Postquam autem recuperaverunt bona stabilia dictorum Spilimbergiorum, progressi sunt ulterius ad partes Venetorum, et receperunt multa Fortalitia, et Castra, et Terras, et pertransierunt quandam Fossam manu factam a Venetis, et captivaverunt, et letaliter percusserunt omnes custodientes illam Fossam, et quia Veneti fecerunt fieri eandem Fossam cum magnis expensis dubitantes id quod contigit eis, Ungari vero cum prosperitate, et robore obtinuerunt omnia Fortalitia, et fortiter muniverunt et magna damna Venetis intulerunt.)

Hic nota quod Dominus Tristanus sentiens, et intelligens populum parvum, sive magnum volentem obedire Domino Imperatori, sicut de iure tenebantur tota Patria Fori Julij, videns ipse Tristanus, quod si ipse permaneret in Civitate Utini, quod ipse incideret in manus Inimicorum eius, et quia nolebat se subiugare Inimicis suis, ideo clam a Terra Utini recessit die V. decembris, et ivit Savorgnanum, et ibi permansit, post vero paucos dies idem Dominus Tristanus positus est in exilium, et tota parentela eius à Terra Utini; et deleverunt omnia Arma eius, et Insignia, et laceraverunt ubicumque invenerunt Vexilli eorum, et voce preconia ipsum

cum

cum parentela sua proclamauerunt, nec umquam aliquis
de parentela eius, nec ipse deberet uenire Utinum, nec
aliquis deinde deberet mentionem facere de eo, nec con=
cordiam querere de eo, sed ipse spernendo Inimicos suos
uenit una noctem ad fossatum Utini die penultima
Martij in die Mercurij sancti, et fecit incidere, siue
rumpere Spaltum per homines, qui intrinsecus erant s. pro=
ditores Terre Utini, et dimiserunt eos intus cum omnibus
illis, qui cum eo erant, non enim erant ducenti illi, qui cum
eo intrauerunt, nondum erat dies, sed a duabus horis, et plus
ceperunt clamare omnes, uiuat Imperator, et Comes de
Ortinburch, et Dominus Tristanus de Sauorgnano, illi
autem Vispiliones, et proditores, spoliatores, exules, homicide,
qui cum eo uenerunt, ceperunt uocare Petrum, Paulum, et
omnes quoscumque uolebant, et surrexerunt multi meca=
nici, et uenerunt cum eo ad Plateam Clamantes omnes
uiuat Imperator Comes de Ortinburch, et d. Tristanus,
Audientes autem Inimici eius, et fere totus populus per=
territus est, et uix audebant de domibus exire, et fugie=
runt quam plures extra Ciuitatem Utini quam citius po=
tuerunt, et ipse Tristanus iussit illos, qui secum erant,
qd ipsi irent in domibus aliquorum Inimicorum eius, et auferrent

bora eos, et sic fecerunt ut mandauerat eis, et veni=
re ad se quando Antonius Zolant fecerat, et inter=
fectus est super Platea Vtini; Tandem fecit depingere in
una Carta papyri Insignum suum, et posuit super Platea
Vtini, et fecit custodiri Plateam cum Armis, Balistis, lanceis,
Scutis, et cum Insignis eius, et fecit fieri nouum Consilium, et
nouos officiales imposuit, et dixit quod ipse volebat facere
pacem cum Inimicis suis, et quod omnes deberent intrare Vti=
num, et pacem volebat habere cum omnibus, et venerunt aliqui,
sed pauci, postquam autem venerunt aliqui, dixit eis, videte
quia volo habere pacem cum omnibus, et obedire Dno Imperatori,
et eius Vicario, et si non creditis mihi, mittam Vngaris duos
filios meos obsides, et sic fecit, baner Fradleater, Vngari au=
tem libenter receperunt eos, et in custodiam habuerunt re=
tinebant eos bene, sed quia inimici eius indigne ferentes
mala ab eo illata non nimis pacifice consilium inierunt
in unum, et miserunt Scrauallum ad gentes Domini Regis
conquerentes super dicto Tristanno quomodo ipse egisset,
indignati autem Vngari cum ceteris aliis Palie Dominij de tam
magna proditione facta per Vtinenses, omnes unanimiter
dixerunt, eamus ad Terram Vtini capiamus, et saccoma=
num ponamus, et omnes proditores, et Tristannum occidamus,
et venerunt

et venerunt cum magno exercitu equitum, et peditum, et Cernentes non valentes a Terra Utini cupientes omnes possere Terram Utini ad succursum, sed quia Deus non dereliquit sperantes in eo, Utinenses miserunt nuntios ad illas gentes, quae iam prope Terram Utini erant, et fecit eis intimari, quod si Tristanus non recedat a Terra Utini, aut quod ipsi tradant eum eis, quod ipsi invadent Terram, et omnes, et omnia bona suffocent, et Tristanum morti traderent. Audientes autem Nuntij voluntate facere dixerunt Tristano, quod non poterant ipsum concordare de proditione facta per eum. Quod ipse Tristanus audiens hoc, et timens ne invenirent in manibus eorum, circa noctis medium exivit de Terra Utini cum quam pluribus de Terra, et ivit Savorgnanum de extra portas, Boni autem Viri, et Nobiles miserunt gentes illas, et spoponderunt eis dandum duodecim millia Ducatorum, et Vinum, et Bladum, et alia necessaria, et sic factum est, et venerunt in Terram Utini forte ducenti, et similiter omnes qui exiverant pro timore Terram Utini, quando Tristanus, et imposuerunt Vexillum Ecclesiae Aquilegiensis super Castrum Utini, et promiserunt omnes obedire Domino Imperatori, et miserunt iterum ad Fortilitia eorum, quae receperant Veneti, et in illis diebus venerunt Veneti cum exercitu suo forte cum sex millibus volentes similiter recuperare Fortilitia

eos, et tantum cupientes, et volentes solvere ei bona Ecclesiae
Privilegiorumque sicut ante fecerunt, sed ipsi Vngari defenden=
tes se Viriliter Victoriam obtinuerunt, et quatuor Bombar=
dos eis abstulerunt, et Ducem, seu Capitaneum exercitus
eiecerunt, et multos alios captivaverunt, et ipsi Veneti
fugam videntes transfretaverunt Venetias, itaque amise=
runt exercitum suum, et iterum remiserunt aliquos ad
partes Istriae ut vastarent Villas, et Silvas, et magna dam=
na intulerunt illis de Buglis, sentientes hoc gentes Domini
Imperatoris miserunt quam plures Teutonicos ad Istriam, et
ibi vastaverunt in Triploplus, et receperunt multa ani=
malia, et magna damna Venetis intulerunt, et reversi
ad Terram Vtini cum prosperitate, et lucro.]
Nunc autem veniebamus ad factum Tristani; Tristanus vi=
dens se ab inimicis undique exosum, fecit rumpere aquas,
et non venit aqua ad Terram Vtini per octo dies, nec
poterant molere, neque animalia in copia adbibere, tan=
dem Procuratores Domini Regis miserunt Nuntios ad Trista=
num interrogantes cum quare rupit aquas Terrae Imperato=
ris, qui respondens ait, restituant mihi Vtinum oblatum,
et Animalia, et ego dimittam eis aquam venire, aliter nu=
sed non, Audientes autem responsum ab eo omnis Patriae Turba
nec non gentes Domini Imperatoris, quod sic perveniat
Omnes

ores, et omnibus obsistere velle recuperaverunt aquam, ve-
lit, nolit, posuerunt custodes, et stipendiarios, ut custodirent
aquam, et similiter Castrum Sanorgnani, et fecerunt bastias,
et obsiderunt Castrum, ne aliquis victus eis impediret, quis
nec favore, et voce preconia clamaverunt,
quod quicumque in Castro illo esset si non exiret per tri-
duum, quod suspendio puniretur, Tristanus autem exivit de Cas-
tro, et perrexit usque Venetias, ibique ordinavit quaecumque
potuit, interim Castri fuerunt plures in terra Utini
proditores, et duo fuerunt suspensi de magistratibus.)

Tunc venit Tristanus in Forum Julii cum magno exercitu Ve-
netorum die vigesimo quinto Maij; cuius dux sive caput
fuit Karolus Malatesta de Rimino, qui finxit se esse
Vicarium Romanae Ecclesiae, et spoliaverunt multa animalia
in Patria existentia, multasque villas vastaverunt, et
venerunt ad Sanorgnanum, et obtinuerunt bastias, quas
fecerant Utinenses, sive alij de Patria pro obsidione eiusdem
Castri, et cremaverunt eas, et hominibus manus amputave-
runt, quos in illis bastijs invenerunt, et perambulaverunt fere
per totum Forum Julii capientes homines, mulieres, parvu-
los quoscumque poterant invenire, aliquos morti tradide-
runt, et varijs tormentis cruciaverunt, quod nunquam fuit
auditum ab antiqua aetate usque ad praesens ita multa

et eversa nimis in Patria Tombulij; et obtinuerunt multa fortilicia, et ea multis muniverunt victualibus, et alijs necessarijs, ut fuit Sedeghianum, Ungvar, Palazolum, Porbum Lakzaze, et cremaverunt multas Villas, et obsederunt iterum apud Tomj Vkiri; et iverunt ad Porbum Lakzaze, et ceperunt eadem loca, Tandem venerunt in Patriam plusquam mille Ducenti Vngarij, et primo recuperaverunt apud Tomj Vkiri, et perlustraverunt Tulnerbum volentes contra inimicos suos debellare, Tristanus autem remansit in Patria in Castris suis cum pluribus de Vnaltor [illegible] fecit messare Segetes, Arratos conducere in Castris suis, et homines quoscumque poterant capere, capiebant, et non audebant homines vix exire extra portas Vkiri; propter timorem, et cepit iterum aquam, et erat magna penuria aque, eo quod non poterant molere, nec animalia poterant habere ad bibendum, et postmodum venerunt iterum plusquam octo millia Vngarorum, et messuerunt multas segetes, et similiter spoliabant omnes homines, et mulieres quoscumque reperiebant, et dimittebant eos nudos abire, nec amicis, nec inimicis parcebant, et perlustraverunt iterum Tulnerbum, et pervenerunt ad alios Vngaros, Tristanus vero similiter duxit guerram cum inimicis suis, et cum omnibus hominibus totius Patriae Tombulij; Tandem homines Patriae [illegible] cum voluntate,

et

et consensu Domini Regis Vngariae unum Patriarcham Theodoricum,
qui dicebatur dux Deck, et gospodemet volebat ei obedire tan-
quam Patriarchae electo, sed non confirmato, et post confirmatio-
nem factam a Papa, et Bullis ostensis omnes volebant obedire
tanquam vero Pastori; Et 10°. quod iste dux deck dona-
vit magnam pecuniae quantitatem Romae post recessum olim
Antonii Gaietani, qui resignavit Patriam, ut superius narratum
fuit; et fecit dari idem dux eandem pecuniam procuratoribus suis,
ut procurarent pro eo, ut eligeretur in Patriarcham, sed unus
illorum procuratorum procuravit sibimet pro se, ut fuit Antonius
Episcopus Concordiensis, et electus fuit idem Antonius, ut
superius dixi, in Patriarcham, et idem dux amisit pecuniam
suam, et quia idem dux multum ferens iniuriam sibi illatam non
cessavit, donec misit Comitem de Ortenburch Agnatum suum
ad Civitatem Austriae, ut superius declaravi, et anno Domini
M°cccc°xj. resignavit idem Antonius de Portugruario of-
ficium Pastorale Ecclesiae Aquilegiensis, et transivit Romam,
Et ibi electus in Cardinalem Aquilegiensem, et vacavit Eccle-
sia Aquilegiensis usque ad electionem istius ducis fere per an-
num unum, sed non vacavit Rectoribus, et Deputatoribus, multos
enim habuit Patria Deputatos, qui devoraverunt omnia
bona totius Patriae, sicut fuit Comes de Ortenburch Paulus

existens in Castro Utini, et multitudo Ungarorum, et Teutonum,
et aliorum praedonum, et Vispiliorum, quia nunquam fuerunt tot
latrones in Patria sicut istis temporibus, quia destructa fuit
totaliter tota Patria cum Forojulio, Inimici autem Tristani
pace, et pacis nostrae pecuniae facti sunt cum quibusdam
Ungaris fama mille, quod deberent obsidere Castrum de Arigli,
quod erat Domini Tristani, et obsiderunt ipsum, et nihil
potuerunt facere, et reversi sunt in Terram Utini.) Explici-
unt Gesta Patriarcharum Aquilegiensium.)

< Laus Deo >

Ego Jacobus Sacerdos Moreno P. V. A. ...
Notarius transcripsi Patriarcharum Aquileiensium
Gesta ex antiquo antiqui characteris libro ex-
istente penes Nob: Dnum Joannem Franciscum de
Pors Venetiorum Civem fideliter transcripsi
viginti tribus in paginis, sub. signavi
Die 20 Junij 1738

Ex mss. Vir. Joppi
Utinensis

3

# Cronaca Antica
# dei
# Patriarchi di Aquilea

cavata da diverse note
fatte in Cividal di Friuli
ne' Sec: XIV, e XV.

(Unito altro antico esemplare imperfetto)

di Romanello Conte Manin q. Co: Filippo
morto nell... Settembre 1726.
Era nato nel 1673.

[illegible]

Series Patriarcharum Aquilegensium
Fideliter, diligenterque per ordinem exemplata.
Ex Manuscriptis
Antiquis, antiquioribus, antiquissimis.
ut infra. ~

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen. Post ipsius Sacratissimam Ascensionem ad Patrem, omnes Apostoli missis sortibus per mundi Clymata ad prędicandum verbum, per quod omne genuflectitur, Cęlestium, Terrestrium, et Infernorum, et in quo salvamur, et vivimus, dispersi sunt. Et sicut Beatissimo Principi Apostolorum Petro data fuerit super universalem Ecclesiam atque ligandi et solvendi in Cęlo et in Terra plena potestas. Spiritus tamen Sanctus ubi vult spirans eundem Apostolorũ Principem una cum Coapostolo eius Paulo super quos velut super firmas Bases Ecclesia Sancta fundata est, Romam deduxit. Ubi ijdem Apostoli Miraculis et doctrinis pręditam Ecclesiam sub Nero Sevissimo illuminaverunt. Quorum discipulus Beatus Marcus Evangelista, qui ab ore Petri Evangelium scripsit ex pręcepto dicti Petri ad

Urbem

Urbem Aquilegiam famosissimam Caput Italię Ponti-
ficatus ab eodem Petro accipiens baculum venit. Et
per plures annos verbum ibi salutis prędicans, et af-
firmans cum Apostolo quoniam hic est Xpūs, Evan-
gelium propria manu scripsit quod hodie in Aquile-
gensi Ecclesia omnibus volentibus quia tale lumen
sub modio poni non debet, sed super candelabrum
ut luceat omnibus demonstratur. Et sic primus prę-
dicator in Aquilegia fuit Beatus Marcus Evangelista.
Qui prędicationis suę virtute infinitis populis ad fi-
dem Christi conversis. Et iam fundata Ecclesia mul-
tum Petri Magistri sui videre desiderans, et ire
Romam, populum occulte dimittere satagebat. Sed
hoc nutu vociferante populo, et petente Pastorem
ab omni turba Beatus Hermagoras in Pastorem
Gregis Dominici electus est. Tunc dictus Herma-
goras ibi cum Beato Marco accipiens Romam
pervenit, et a Beato Petro Baculum accipiens Pon-
tificatus et velamen sacrum suscipiens Prothon Epi-
scopus Provincię Italię ordinatur, et super omnes Eccle-

Dei nutu vociferante [illegible] populo, et petente pastorem etc. (Cod. Lit.)

sias

sias Italiæ Primatum obtinuit. Et regressus ad Urbem Aquilejam Ecclesiam suam miro compones moderamine Seniores, et Levitas ordinauit quos ad Ciuitates alias Italiæ transmittebat. Tandem XX Anorũ ab ipsius ordinatione decurso, Curriculo præmissis cum sacris operibus et Miraculis gloriosis; quæ in Legenda declarantur ipsius sub Leuasto Præside in prædª Urbe Aquilegia, et Nerone Monarchiam Gubernante per diuersa genera tormentorũ cum Sancto Fortunato Archidiacono suo decollatus Aquilejensem Ecclesiam Sacro martirio decorauit. Præmittens ad Palmam Nobiles Sanctissimas Virgines Euphemias, Dorotheas, Teclam et Erasmas. Quas proprijs manibus baptizauit. Hæ Virgines post Xpi Passionem primæ per martirij palmam immaculato Agno sua corpora tradiderunt. Quæ in Ciuitat. Aquileg. ubique gloriosis coruscant miraculis. Huius Sancti Præsulis precibus Aquileg. Prouª. est ab inuasione Demonum liberata. Nec aliquis de hac Prouª. ubicumque fuerit a Demonio

uexari

| obtinet (codex)

vexari potest: nec pestiferis morsibus scorpionum. —

Huic Beatissimo Protho Pastori successit Beatus Hellarus Patriarcha qui sibi Populum commissum in fide Christi verbo confortans, et opere expletis ordinationis suæ Annis X. sub Numeriano Principe una cum Tatiano Archidiacono suo et alijs tribus Dyonisio, Largo, et Felice bonum certamen certantes cursum glorioso Martirio consumavarint.

Hellaro successit Crisogonus Patriarcha qui completis Annis X. suæ ordinationis in pace rexit Ecclesiam —

Crisogono successit Theodorus Patriarcha, qui XI. Anno ab sponsiuy ordinatione urbem martirio consumauit.

+ q. .. plenus bonis operibus migravit ad Christum post novem annos ordinationis sue. | Cod. Flor.

di altra mano = Teodoro e Agapito leggesi: Crisogono successit Theodoro.

Post hunc successit Crisogonus Patriarcha qui plenus bonis operibus migrauit ad Xρm post IX. Annos ordinat. suæ —

Agapitus Patriarcha sedit Annis XIII.
Fortunatus Patriarcha sedit Annis XV.
Valerianus Patriarcha sedit Annis XVIII.
Benedictus Patriarcha sedit Annis XXV.

Hy omnes licet sub magnis infidelium persecutionibus Fidelium tamen auxerunt Ecclesiam eor. sacris predicationibus, et exemplis —

qui di altra mano: Huic Quirinus. Fortunatus Quirino successit. (cod. c. k.)

Post hos successit Beatus Cromatius Patriarcha Bon. ministus

contempo=

contemporaneus egregij et primi Doctoris Ecclesiæ B. Jeronimi, quem Cromatium idem Jeronimus natus Oppido Stridonis in Dominio Eccliæ Aquileg. situ, inter Viros Illustres commemorat, et in quadam Epistola sibi scribit Dño suo Cromatio Beatissº Epõ Aquileg.

Huius tempore floruit etiam Ruphinus Presbiter Aquileg. Doctor eximius, qui Librum de Istoria Scolastica composuit, et multos alios de Greco, et Hebraico transtulit in Latinum, multasque Epistolas direxit Jeronimo, et Jeronimus sibi. Sedit autem Annis XVIIII. et plenus bonis operibus migravit ad Xpūm.

Cromatio successit Augustinus Pathã qui post annos XIIII. ab ordinatione sua aiulo proposito Dei cum Sanctis in pace quievit.

Adelphus Pathã sedit annis VIIII. (sedit anno VIII. Cod. Florio)

Maximus Pathã sedit annis XX.

Januarius Pathã sedit annis VIIII.

Secundus Pathã sedit annis III.

Niceta Pathã sedit annis XXXII, cuius tempore regnante

secundo

secundo Theodosio Augusto circa A.D. 425 Attila flagel-
lum Dei cupiens sibi Romanum Imperium subiugare
et debellatus a Romanis quibus adhaerebant fere omnes
Populi Occidentis. ubi occisa fuerunt 180^m hominum
reversus est Pannoniam: et reassumptis viribus iterum
intravit Italiam, et primo venit in Foroiulij destru-
xit omnes munitiones Foriulij + Primo Castro Juliense
et obsedit Urbem Aquilegiam tribus annis: et Collem
ubi nunc est Castrum Utini pro sui tuitione manua-
liter fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus per trium
annorum obsidionem infra quod tempus multa milia
hominum Aquileg. occisa sunt. Aquilegiam cepit, et
destruxit dictam Civitatem inhumaniter iugulando.
Deinde ad partes alias Italiae progrediens Civitatem
Concordiam, Altinum, quod nunc Terdesium, Opiter-
gium, Patavium, et alias multas delevit. Tandem
precibus B.B. Leonis P.P. primi idem Attila extinctus est.
Post Attila necem sedit in Aquileg. Sede Marcellianus Patha
Annos XXVIII. huius tempore Zenon Romanum

+ et primo in foro Julii primo Castrum Forojuliianum etc (imperfecto sensu). Cod. Flor.

fastigium

f. 1138

fastigiu gubernabat. Odonacher Ruthenor. dux viso quodam Augustolo qui Romanum Imperium inuadere presumpserat Romam ingreditur et tenuit Italie per XIII. annos obtinuit Principatum. Quem Theodoricus Rex Gothor. ad Italiam properans, cui dictus Odonacher occurrit cum innumerabili Exercitu iuxta Aquilegiam in Campis ultimis debellauit. — Odoacer (vers. milites). — per XIII annos (Cod. Flor.)

Post Marcellianum Marcellinus in sede instituitur Catholicus, quod vixit Annis XV. et non modicum Tempore Anastasij Augusti reformauit Ecclesiam, et Vrbem Aquileg.m quam propter inuasionem Attile inuenit plurimum deformatam et quasi totaliter destructam. — destitutam (Cod. cit.)

Stephanus sedit Annis XII. hic sub Iustino Xmo Imperatore et Theodorico regnante in Italia qui erat Arriana infectus heresi, et Arrianos protegebat multa pro fide Catholica perpessus est. sed Xto protegente non solum Eccliam, sed totam Prouinciam a peste huiusmodi liberauit. * — * Deest Regentius.

Macedonius Catha. successit vir clarus et pius qui Iustiniani Augusti sumptus Temporibus vitam ducens

XX

Laudabilem

laudabilem, et per Provinciam Italiæ peragrans Fratres mirabiliter in Xpto consolabat. Tandem post Anno 26: ab ordinatione sua felici pace quievit.

Huic successit Paulus glorisus Antistes tempore Justini Imperatoris cuius tempore Longobardi a Narsete Patricio ducti Italiam intravererunt. Quor. Historiam Paulus Historiographus scribit. Et dicti Longobardi primo Castrum Iuliensem depopulaverunt, et totaliter destruxerunt. Hic Paulus Patriā timore eorundem Longobardor. ductus cum Thesauro, et Reliquijs Ecclesiæ ad Gradum Insulam se contulit quam novam Aquilegiam appellavit. Et ibi Pontificatus sui anno ... finivit.

1 duodecimo cont... (...)

Probinus Paulo successit qui anno uno apud Gradum vixit.

Helias Patriā sedit Annis XXII. Hic quia tria Capitula Calcedonensis Concilij suscipere noluit tamquam hereticus reprobatus est. Sed Pelagius P.P. II. eidem misit Epistolam satis utilem quam B. Gregorius dum adhuc esset Cardinalis scripsit. Tunc Elias ab errore revocatus de predicti P.P. Pelagij consensu

XX Episcopor. Synodum conuocauit, et Gradum Insulam que, ut predicitur nova Aquilegia appellata fuit, totius Venetie instituit esse Metropolim. Ad cuius robur Eraclius Augustus deuotione ductus B. Marci Sedem, quam pridem Helena Mater Constantini tulerat de Alexandria Aquilegiam duxit, et ibi hactenus ueneratur apud Sancti Hermacore sedem, ubi primo predicauerat uerbum Xpi. Venetie quippe due sunt. Prima est illa que in antiquitatum Istoria continetur, que a Pannonie termino usque ad flumen Adduam in qua ^ etiam Istria complectitur protellatur. Cuius Aquilegia olim ciuitas famosa caput exstitit, que etiam Caput Italie uocabatur. Secunda Venetia est que apud Insulas Maris Adriatici ex collectione populor. primarum Venetiar. propter rabiem Attile et deinde Longobardor. infra aquas fundata est.

[Margin: ^ in qua Gulesia (?) Istria complectitur protellatur. (Cod. cit.)]

Seuerus Patha. succesit Helie apud Aquilegiam nouam et XV. annis sedit. Quem Smaragdus Patricius nolentem Rauennati Epo adherere cum tribus Coepiscopis

[Margin: [illegible] cogat.]

de

de Grado violenter abstrahens cum iniuria Ravennam
duxit compellens eundem Severum dicto Ravenn. Episcopo
in tribus damnatis Capitulis de PP. Pelagio adhaerere. Sed
iusto Dei iudicio Smaragdus Patritius a daemonio cor:
reptus Constantinopolim remeavit. Severus vero
expleto anno uno ad Gradum cum tribus Coepiscopis
rediens non est receptus a populis nec sibi voluerunt
alij Epi communicare quia errori Ravenn. Epi com:
municaverat. Sed convocata Synodo x Episcoporum
in Mariano, idem Severus dans erroris sui libellum
a fratribus beraque in Ecclesiam receptus est. Epi
autem qui dictae Sinodo interfuerunt, sunt hij

| | | |
|---|---|---|
| | Petrus de Altino | Rusticus de Tarvisio | Tarvisio |
| | Clarissimus de Sabiona | Fontinus Feltrensis | Fonteius Feltrensis |
| | Angelus Tridentinus | Angelus Cenetensis | |
| | Junior Veronensis | Maxentius Juliensis et | |
| Oronteus (cod. al.) Vincentinus | Oroncius Vicentinus | Adrianus Polensis | Julianus Pa(?)ensis (cod. cir.) |
| | Laurentius Bellunensis | | |

Huius etiam tempore veniente adhuc multitudine
Longobardor.

Longobardor. et imperante Mauritio Augusto fames maxima, et mortalitas per universam Italiam fuit.

Post obitum Severi, Joannes Abbas cum consensu Regis, et Agilulfi Ducis Foroiulien. in Patham in Aquilegia veteri ordinatur. in Grado quoque Candianus Caput Scismatis a Romanis instituitur. Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius non sine scismate ordinatur. et ex tunc incepit nominari Patha. Graden. qui Epiphanius erat Primicerius notar. Romanorum.

Marcianus sedit Annis VIII. — a Patriarcha sedit annis VIII. Cod. cit.

Fortunatus Patha sedit annis III.

Felix Patha sedit annis XIIII. hic apud Regem Longobardor. familiaris extitit, cui ipse Rex fuit multum benignus, et gratiosus. — XIII. Cod. cit.

Joannes Patha sedit anis IX. alter Joannes Patha sedit A. X. — X. Cod. cit.

In altro esemplare leggesi: Johannes Patriarcha sedit annis X. (Cod. cit.). citato del Fort.

Petrus Patha sedit annis XIII. Justinianus II. Imperator huius tempore universalis Synodus apud Aquilegiam celebratur.

Serenus Patha sedit annum I. vir bonus, et pius, ac omi simplicitate preditus, et ad Xpi servitia pronus. — anno uno Cod. cit.

Et nota

Et Nota quod a Severo Patha usque ad Calixtum qui sequitur, Patriarchi propter incursionem Romanor. non audebant stare in Aquilegia sed habitationem sibi elegerunt in Cormono.

in Cormonis (cod cit) aliter in Cormons.

Sublato itaque de medio Patha Severo ei succedit Calixtus Vir egregius Ecclae Tarvisinae Archidiaconus qui admittente Luitprando Rege Longobardor. regimen Ecclae Aquileg. suscepit, et eiusdem Regis suffultus favore Ecclae Strenue gubernavit. Tandem XL ordinationis sue anno felici pace quievit in Civitate Austria cuius Corpus sepultum est in Eccla S.ti Joannis.

Siguat dus Patha de Regis Grimoaldi genere sedit annis XLII. et prospere Ecclam gubernavit.

Sanctus Paulinus Patriarca sedit annis XV. Qui finito iam Regno Longobardor. et in captivitate ducto Desiderio ipsor. Rege ~~cum~~ una cum Uxore et filijs ad gloriosum Karolum Magnum Imperatorem pro iuribus Eccle ampliandis profectus est. et Vir ipse mire sanctitatis ab Imperatore Karolo privilegia valde patera obtinuit et rediens in Civit.

Austriae

Austriae multis in Vita Miraculis clarvit et in Morte. cuius Corpus in predicta Civitate quiescit et veneratur.

Vrsus Patha sedit annis V. hic primus cepit proclamatio-nem facere de Grado Insula plebe Synodali eae subiecta Aquileg. Ecclae in qua quidam Venerius sibi nomen Pathe usurpaverat.

Maxentius Patha sedit Annis XXVI. ad cuius preces Beatus Eugenius P.P., et Ludovicus Imperator ad instantiam Lothary Filij dicti Ludovici universalem Synodum Mantue celebraverunt. In qua eidem Maxentio procla-mante. quod quidam Venerius falso sibi nomen Pathe in Grado Insula Plebe Ecclae Aquileg. usurpaverat, et retractata huiusmodi causa per dictam Synodum de-claratum fuit Gradum esse Plebem Synodali eae Eccle Aquileg. subiectam – Deposito Venerio antedicto –

Andreas Patha sedit Annis X. hic proclamatione facta de Gradu per Leonem Papam, et Lotharium Imperatorem dictam Plebem obtinuit, et adiudicata est Plebe Eccle Aquileg. in Synodo Generali.

Verantius

Venantius Patha sedit Annis XIII.

Tendiniarus Patha sedit Annis XXII. hic est sub predicto Lothario, et etiam sub Ludovico eius Filio Ecclesiam mirabiliter gubernavit, et pro Gradensi Plebe reclamavit, et eam obtinuit in Papia.

Lupus Patha sedit Annis XXVI. hic Karolum secundum Filium Ludovici a Papa Joanne octavo coronatum Romae sociavit.

Federicus Patha sedit Annis LIII. Iste mirabiliter Ecclesiam gubernavit. Huius tempore Imperante Karolo 3o. Ungaror. Gens a Suevia egressa in Pannoniam quae adiungitur finibus Ecclesiae Aquileg. primitus venit, et eiectis Avaris ibi habitare coepit. Erat enim gens crudelissima carnem comedens humanam, et sanguinem bibens pro potu, quos Federicus Patha repressit, et longius effugavit reddens Hesperie pacem quae caput extat Italiae. Super cuius Sepulcrum in Aquil.a est Epitaphium.

Karolo qui Dictus fuit Grossus Ungarorum etc. ead. cit.

Conditur inferius nitido Patriarcha Lapillo
Preclarum nomen cui Federicus erat.

Ungaror.

Vngarorum rabiem magno moderamine pressit
Fecit, et Hesperiam pacem habere bonam. — pacis (loc. cit.)
Egregius Pastor mitis dum pasceret Agnos — mitis (loc. cit.)
Semper utrumque Gregi pabula Loca dedit.
Hunc Deus Omnipotens proprio ditavit honore — leto ditabit honore (loc. cit.
Post hanc Angelicis consociando Choris.
Tu quoque Precursor Xpisti Baptista Johannes
Pontifici mentis auxiliare tuis.

Leo Patha sedit Annis XXII. Hic pro libertate Ecclesiastica se mori exponens a quodam Rodaldo Longobardo occisus est, cuius bona omnia Rodaldi Ecclesiae Aquilegiensi confiscata fuerunt per sententiam Principum, ut inferius apparebit.

Vrsus Patha sedit annis XXIII. Hic tempore Berengarij secundi totus virtuosus, et prudens pro Ecclesia multum fuit laboriosus et solicitus. In Civitate Austria plenus dierum in pace quievit.

Lupus Patha sedit Annis VIIII.

Hengelfridus Patha sedit Annis XXIII. cui Berengarius secundus, et postea Otto primus immunitates, et Privilegia contulerunt. Hic fuit Nobilis Genere et

omni

omni probitate conspicuus.

Rodaldus almifficus Patha sedit annos XXII Nobilis genere et nobilior mente ab Imperatoribus Ottone secundo, et Tercio plura Privilegia obtinuit: et inter cetera per Principum coram predictis Imperatoribus obtinuit quidquid inter Plaviam et Liquentiam habebat Ro=daldus Longobardus qui Leonem Patham de quo facta est superius mentio interfecit

Johannes Patha sedit Annis XVIII. Hic ab Ottone 3o plura privilegia obtinuit, et adversus quendam Ursonem qui Patham Gradensem dicebat coram Beato Henrico Imperatore cuius Uxor fuit Sancta Cunegundis Virgo, de Gradu Plebe sua etiam reclamavit.

Poppo Patha venerabilis sedit Annis XXIIII. Hic in duobus Concilijs Rome, et Ravene, celebratis coram Johe Papa XIX et Mag. Corrado Imperatore adversus Ursonem predictum, et citatum, et vocatum per Litteras Apostolicas, et non comparentem de Gradu Plebe predicta proclamavit. In quibus Concilijs Gradus adiudicata est Plebi Aquileg. et dictum Ursonem omnesque suos Predecessores falso Patriarchatus

nomen

nomen usurpasse. Ipsoque procurante omnes Thesauri Eccle. - Libri - Calices - Paramenta - et alia Vasa aurea, et argentea - Librum seu Evangelium quod B. Marcus Evangelista propria manu scripsit cum Corporibus Sanctor. quae per Paulum Patriarcham metu Longobardor. ad praedictam Gradum Insulam deportata fuerant, et cum alijs Reliquijs ad Aquil. Ecclam. deportata fuerunt. Templum de novo construxit. Ille Beatus Pontifex et Monasterium Sanctimonialium extra Muros Aquilejae quod opulentissime dotavit. Templum praedictum una cum duobus Rmi. Eccle. Cardinalibus et viginti alijs Episcopis solemniter consecravit. Cui Consecrationi interfuit Conradus Imperator praedictus, et Ioannes Papa duo Sanctorum Corpora videlicet Marci P.P. et Quirini Epi. Marchio transmisit tradens eidem Popponi Potestatem super XVI. Episcopatus Videlicet - Tergestinus - Emonensis - Polensis - Parentiensis - Iustinopolitanensis - Concordiensis - Ceretinensis - Feltrensis - Belunensis - Ca: tranensis - Vicentinensis - Tridentensis - Veronensis -

Mantuani

Mantuanensis atque Cumanensis. Quam potesta-
tem cum certis Regalibus dictus Coradus concessit, ali-
confirmauit multaque bona fecit pro ipsa Ecclia
quæ narrare per singula nimis longum esset. In
Aquileg. Eccla requieuit in medio Eccla in cuius
Sepulcro hij versus scripti sunt.

Poppo Sacerdotum lux, et decus Ecclesiarum
Gloria Romani ipse simul Imperij
Constitutus vinculis humanæ conditionis
Ecce sub hac mole fit cinis ex homine
Instruxit ut Paulus fuit omnibus omnia factus
Terre studens domino dupla talento suo
Hic Locus est testis quibus ipse resplenduit actis
Ille quidem donis moribus atque probis
Exortans istam Xpō fundauerat ædem
Ultima principio quæ dedit esse suo
In Latro phebo decadena parte Locato
Agne Dei mici sub te rogo parce iacenti.

Eberardus Pathã sedit annis V. de quo nihil inuenitur dicendi.
Gotopoldus Pathã sedit annis XVII. Qui etiam de Gradensi

Plebe

Plebe proclamavit, et tam per Alexandrum secundum quam per Henricum Imperatorem 3.um dicta Plebs adiudicata est, et per utrosque super XVI. Episcopat. predictos, et de Regalibus data potestas. Hic construxit Monasterium S.ti Stephani de Aquilegia in quo erant Canonici Regulares nunc autem Seculares. Huic etiam concessit, et dedit dictus Imperator Ducatum Foriulij, et Marchiam Istriæ, et multa alia largitus est. Super eius monumentum in Aquilegia hij versus scripti sunt.

Hic Gotapoldus iacet messus in Monumento.
Hic Presul dictus nomine non merito.
Sed quia mortalis, me peior non erat ullus.
Xpe Iesu miserere mei
A morte perpetua libera Dne.
Crux mihi sit requies
Crux mihi Sancta Salus.

Ravengerius Patha sedit annis IIII.

Sigeardus Patha sedit annis IX. huic Henricus 3.s dedit Marchiam Carniolæ et multa alia privilegia concessit, et concessa per alios confirmavit, et Vola-

nus

nus Papa 2.dus sibi omnia confirmavit circa AD. 1059.
Henricus Patha sedit Annis VI.
Federicus Patha sedit Anno i.
Voldaricus Patha sedit Annis XXXVII. Hic cum Henrico Im=
pratore 4.o Romam vadens pro ipsius coronatione
propterm discordiam quae erat inter Pascalem Papam
et ipsum Henricum Pascalis capit, et dicto Valdarico
tradit custodiendus cui idem Voldaricus non sicut
Custos sed sicut humilis servus famulabatur. Tan=
dem factis compositionibus Henricus coronat, et
procurante eodem Patha pax firma inter Impe=
ratorem, et Papam facta est propter quod tam a
Papa quam ab Imperatore gratias multas obtinuit.
Gerardus Patha sedit annis IX. hic de Villa Premanacco
iuxta Civitatem Austriam ortus, apud eandem ple=
nus bonis operibus migravit ad Xpum.
Pelegrinus Patha sedit annis XXXI. tempore istius
Honorius secundus Papa fuit in Aquilegia. huius
etiam tempore a Papa Innocentio 2.do coronatur Lo=
tharius Imperator cui coronationi interfuit idem
Pelegrinus et de Regalibus fuit ab ipso Imperatore

Solempniter

Solempniter investitus

Gotofredus Patha[r] sedit annis XII. Hic de Regali Primogenitus Ecclesiam suam miro prudentia gubernavit.

Voldaricus 2.[us] Patha[r] sedit annis XX. Qui Legatus Apostolice sedis factus Federici p.[mi] Consanguineus tam ab Adriano p.[o] quam ab Alex.[o] 3.[o] confirmationes privilegiorum obtinuit. Huic dictus Federicus omnia privilegia Imperialia et Regalia confirmans Marchiam Istrie et Carniole; Ducatum, et Comitatum Foriulij et multa alia loca, et Castra, et Terram inter Timavum, et Liquentiam jacentem concessit, et per alios concessa confirmavit. Dedit etiam eidem Patha[r], et Ecclesiae Aquilegen. montem silicis cum omnibus appendicijs, et post reconciliationem factam inter Alexandrum 3.[m] et Imperatorem fecit idem Imperator dictum Voldaricum Patham per totam Italiam suum Vicarium Generalem. Hic duplicem habuit Legationem. Jacet in Aquilegia in cuius monumento hij versus sunt.

Alter Voldaricus jacet hic Patha[r] benignus
Flecti bus illicam suimalis Ecclesiam

Rexit

Rexit dictavit fratres hoc ipse beavit
Cum quibus maneat Gaudea prospiciat.
Pelegrinus 2^dus^ sedit annis XIV. Iste fecit multa bona Ecclesijs et inter alia reparavit Ecclam Civitatensem et decoravit multis Clenodijs, et fecit Tabulam argenteam valde pulcram in d^ta^ Eccla sed mirabilem in Eccla Aquilejensi que pro Castrorum incuriam post longum tempus fuit Venetijs pignorata, quam ipsi Veneti hodie pro pretioso servant thesauro. Iste primus cepit amicitiam contrahere cum Venetis—
Volkerus Patha beatus sedit annis XII. Hic ab Henrico V. et Ottone s. confirmationes Privilegior. obtinuit et coram eo, et etiam coram Federico 2^do^ Marchionatum Histriae quem Dux quidam Bavarie Ludovici nomine tenebat per Principum sententias obtinuit. et renunciatione facta per dictum Ducem de huiusmodi marchionatu per omnes suos Imperatores successive incessibus est dictus Patha de dicto Marchionatu cui etiam Otto predictus Montem Silicis donavit. Hic multa sanctitatis opera in vita sua fecit. que Deus post ejus mortem ostendit. nam eius Archa marmorea in

Aquilej.

Aquileg. Eccl. in aere pendebat invisibiliter stans cir-
cumquaque per quatuor digitos super Terram.
nunc autem uno angulo tangit terram mediam
alijs angulis minime terram tangentibus.

Bertoldus Patha. sedit annis XXVI. Iste Filius Ducis
Meranie Patruus fuit Beate Helyzabeth que fuit
filia Regis Ungarie: cuius Beate Helyzabeth mater
fuit soror dicti Pathe Bertoldi. Hic Archiepiscopus
Coloniensis extitit. qui Friderico II. adherendo usque ad
eius depositionem multos honores, multa privilegia,
et gratias obtinuit. Multa bona una cum Patre, et
Matre Eccle. Aquileg. contulerunt et potissime in Ka-
rintia, et Marchia, et Carniola, cui predictus Impe-
rator etiam Montem Silicis inter alia concessit, et
tradidit. Huius temporis Ezelinus de Romano ty-
rannidem exercebat. et licet idem Bertoldus indi-
gnationem, eo quod adherebat Friderico sedis Apos-
tolice incurrisset ad Romanam Curiam cum magno
comitiva Baronum et Nobilium et ibi magnalia
ostendens ab Innocentio IV. gratiose susceptus, gra-

tiam,

ham, et benedictionem obtinuit, et rediens a Curia Ro-
mana post aliquot tempus multa dimidens de pro-
prio patrimonio Ecclesiæ Dolii pace quievit. Jacet
in ingressu Eccle nostræ Cathedr, hic fieri fecit Ecclam
S. Odorici de Utino, et etiam Civitatem Austriam
muris ampliavit.

Gregorius Patha qui fuit de Monte Longo sedit annis XVIII
mensibus X et diebus XVI. Hic antequam assumptus
esset ad Patriarchalem dignitatem existens Notarius
Papæ missus fuit Legatus contra Fridericum iam
depositum qui Parmam obsidebat. Parmenses vi-
dentes auxilium sibi paratum egrediuntur et idem
Gregorius una cum Parmensibus Exercitum Fride-
rici aggressi sunt et spoliis acceptis ipsum Fridericum
cum Exercitu suo non sine magno damno et oppro-
brio expulerunt. Hic factus Patha per Papam Inno-
centium IV. venit Aquilegiam XIII die Januarij sub
A. D. 1252. Hic gloriosus Antistes multa lauda-
bilia operatus est. et multas guerras pro libertate
Eccle suæ cum Comitibus Goritiæ et Tyrolis perpessus

est.

est. Supradictus Patha[us] fieri fecit Monasterium Fratrum Minor[um] Civitatis Austriæ et aliud pro eisdem Fratribus in Utino cum Ecclesia cuius Consecrationi interfuit ipse cum multis alijs Episcopis AD. 1267. Tandem anno 1268. mortuus est in Civitate Austriæ et ibi sepultus. Eodem anno electus fuit in Patham Aquilegen[sem] Philippus Frater Ducis Karinthiæ olim Archiepiscopus Salzburgensis sed privatus fuit per Papam Gregorium X. eo quia electio Patriarchalis ante dictam electionem fuerat interdicta per Curiam Romanam; qui cum Apostolica Sede vacante non confirmaretur electus fuit in Capitaneum Foroiulij salvo iure electionis Patrialis. Sedes autem Aquileg[iensis] vacavit annis IV.

Raymundus Patha sedit annis XXV. mense I. diebus XVIII. Hic natione Mediolanensis dum esset Ep[iscopu]s Cumanus factus fuit Patha Aquileg[iensis] per Alexandrum Papam et Curiam Romanam AD. 1273. die XI. exeunte mense Xbris. Venit in Foroiulij videl[ice]t Utinum Anno 1274. die Sabato 4° intrante Augusto. In adventu suo cum Alberto Comite Goritiæ guerram fecit sed modicum duravit. Maiorem, et longiorem

habuit

habuit in Istria cum Venetis: quos debellavit et vicit. Plurima Privilegia concepit Utinensibus: quos ditavit honoribus et redditibus. Obijt Utini Anno 1291 die 6. exeunte Februario: sepultus vero Aquilejæ in Capella S. Ambrosij ante per ipsum facta: eodem anno die 2. intrante Martio electus fuit in Patham Aquileg.nam Dnus Conradus Dux Poloniæ unanimiter et concorditer per Capitulum Aquilegiæ, sed non fuit confirmatus per Curiam Romanam.

Petrus: Patha sedit annum unum menses VII. Hic consecratus in Patham Aquileg.nam a Bonifacio Papa 8.° in festo Nativ. S.ti Joannis Bapt.e anno Dni 1298. modicum supervixit. Nam obijt in Utino, et sepultus fuit in Ecclesia S.tæ Mariæ, posita super Colle Utini ante Altare Maius A.D. 1301: die X. exeunte Februario.

Ottobonus Patha sedit Annis XIII. hic factus fuit Patha Aquileg. per papam Bonifacium VIII. A.D. 1302. penult.° die Martij: mirabiliter et fortiter rexit Eccl.am suam. Solvit multa debita Romanæ Curiæ. Habuit multas guerras: debellavit et vicit hostes. Vacante Sede Papali per mortem Clementis Papæ A.D. 1313:

Sic

die X exeunte Septembri arripuit iter versus Romam ad Cardinalem Lucam Januensem qui citauerat eum ad se unde sperabatur quod dictus Patha creatur in Papam. quod minime factum est. quia ipso reuertente graui infirmitate detentus obijt A.D. 1315. die XIII. Januarij in Comitatu Placentie sepultus est in Ecclesia qui dicitur Arquar.

Castonus Patha sedit mensibus VII diebus. Hic ad preces Regis Roberti factus Patha Aquileg. per Johannem Papam veniendo Florentiam in Teruminbium equitando eu cecidit de Equo et mortuus est et Florentie sepultus. A.D. 1318. die IX exeunte Augusto. qui ultimo die anni precedenti creatus fuerat Patha.

Paganus Patha sedit annis XV. Hic dum esset Eps. Paduanus creatus fuit Patha Aquileg. per sanctm. Papam Johannem A.D. 1319.

Bertrandus Patha Beatus sedit Annis XV mensibus VIII. diebus VI. Hic fuit oriundus de Castro S. Zenensis Iste Antistes multum laborauit pro libertate sue Eccle. et multa sposus bona recuperauit. Hic fecit fieri ac depingi Capellam in qua iacet sepulcrum eius. marmoreũ

marmoreum in quo conditur fecit fieri. Hic zelator Justitie, amator pauperum, pupillorum, viduarum que protector. Ao. 1350. 6 Junij a suis Familiaribus crudeliter interfectus est in loco qui dicitur Spilimbergo. In Utino sepultus multis coruscat miraculis.

Nicolaus Patha Bohemus Frater Karoli IV. Imperatoris sedit annis VIIII. Hic a mandato Papae ex commissioneque vindictam fecit de omnibus qui interfuerunt occisioni et mortis causa predecessoris sui Bertrandi, aliquibus caput amputari aliquibus membra dividi, et sic morte turpissima mori. Hic cum copioso Exercitu amplexus est Patriam nobilis et audax in operibus suis. Ecclesiam suam nec non Patriam bene gubernavit. tandem mortuus est et sepultus in Utino in sepulcro predecessoris sui Bertrandi.

Ludovicus Patha sedit annis III. hic della Turre natione fuit qui pro ratione sue Eccle a Duce Austrie capitur et quam plures Nobiles cum eo usque Viennam ducuntur. qui timentes sententiam capitalem clam recesserunt. clam ad Patriam venerunt Videns Dux quod illusus esset ab eis timoris, et

Patham

Patham eumque sociavit usque in Patriam. Illo Anno Dux obsedit Manzanum et recepit eum sed post recessum Ducis cum gente sua recuperatum est Manzanum et remansit in libertate.

Marquardus Patha benignus sedit annis XXII. Hic potens in opere, et sermone. Hic pro Ecclesia sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit. Illo tempore legam fecit cum Dnō Rege Ungarie cum Comite Croacie. Cum Januensibus cum Paduano. et debelati sunt. Hic multa bona operatus est. que causa brevitatis obmitto. Item idem Patha fecit cooperire Ecclesiam Aquilegt. Ste Marie Virginis et fecit eam multum bene et pulcre ornare. que multis annis extiterat ruinata, et plena vepribus et urticis, et pessimis herbis propter Terremotum olim factum in Conversione Sti Pauli in 1348. postmodum felici pace quievit A.D. 1381. die 3a Jannuarij.

A.D. 1381. tempore quo Sedes Aquilegt. vacabat et tunc omnis Patrie turba Terre Castella Capituli petebant auxilium ab alto Dei Concilio. Ut Deus Omnipotens tribueret eis propugnatorem utilem et Tutorem.

Qui

sic divina providentia in re disponuit. Contigit quod
dnus Apostolicus mitteret quemdam Virum et Do-
minum solempnem videlicet dnum Philippum de
Alenconio Cardinalem ad partes Foriulij in Patham
et Rectorem. Erat quedam rebellio, et partium dis-
cessio. scilicet Urbium, Terrarumque, et Oppidorum.
quedam partes receperunt predictum Philippum
in Patriarcham requirentes, et tandem quedam non
restiterunt, et renuerunt. Unde decretum fuit per
eundem Cardinalem et per eius Concilium, quod
omnibus Urbibus, Terrisque, et Villis sibi et alijs
resistentibus imponeret interdictum. sic etiam in
Terra Utini, et alijs, et in confinibus et complicibus
suis. et sic factum fuit, et positum interdictum om-
nibus resistentibus et nolentibus ei obedire tam-
quam Patha. Illo anno quo impositum fuit interdi-
tum regnabat valida pestis epidemie in Terra Utini
et in toto Orbe. et decedebant in Utino in die plus-
quam C. interdum plures. et incepit illa pestis de
mense Martij: et duravit per totum Augustum.
et mortui sunt in illo anno plusquam $\overset{m}{XX}$ Exped.

Co.

Eo tempore erant quatuor vel quinque sacerdotes profani qui celebrabant divina Officia in Saccum Civitatis; et cum illis quatuor vel quinque Sacerdotibus omnes morbi sepulti sunt. Finita peste idem Philippus Cardinalis videns partes adversandas sibi et nolentes obedire ei quia in Comendam nolebant eum sed si vellet deponere pileum et accipere baculum pastoralem Eccle Aquilej. ipsi vellent ei obedire tamquam Patri et vero Pastori sin autem non. Ipse autem renuens, et nolens deponere pileum sperans ascendere ad summum apicem et eligi in Papam recepit a partibus Forojulij et adhesit D. Fran.^co antiquo de Carraria Paduano qui Fran.^cus dedit sibi pro Capitaneo quemdam Joannem Haz qui veniens cum magna societate in Forojulium cepit multas Terras, et Castra et Fortalicia, et intravit etiam Aquilejam in die Parasceves Civitatem violaverunt devastaverunt mulieres homines ceperunt trucidaverunt et alia multa enormia in d.^a Civitate sine Civitate commiserunt et fere totas villas Forojulij crema-

verunt

rebiccerunt et duravit illa guerra ab ipsius incoha:
tione usque ad septennium. Tempore huius guerre
Utinenses miserunt ad Dnum Apostolicum Urbanum
VI. ad Civitatem Janue rogando eum ut mitteret eis
unum Pastorem, et Patham, et direxit eis unum
Pastorem sive Patham Jerosolimitanum Legatum.
et venit Utinum. stetitque per annum circam, et
postmodum recepit. et multa bona secum detulit.
Sed paulo post Dnus Apostolicus direxit quosdam
solemnes viros et Dnos Legatos. ut inquirerent per
quas causas et per quas personas deffiant ne
prisc. Dno Philippo Cardinali obediretur tamquam
Pathe. Qui ut repugnantes viderent facilius, et
promptiores ad concordiam et compositiones sus:
penderunt interdictum usque ad eor. beneplacitum
et absolutis illis profanis Sacerdotibus supradictis.
Canonici et alii Sacerdoti ceperunt celebrare Divina
Officia quod nolebant facere in facie Sacerdotum
illor. nisi absolverentur. Post hec Dni Legati iverunt
Ungariam exponendo negotia sua coram Rege pro:

ut à Sede Apostolica habuerunt in mandatis. Quorum Legatorum unus ibidem mortuus est: reliqui revertentes, et redeuntes ad partes Forijulij invenerunt partes adversas rebelliores quam prius. tunc denuo renovaverunt interdictum. et lis maior orta est. et promiserunt partes adversantes obedire dicto Dno Philippo Cardinali et eum recipere in Patriam et receperunt eum sed duravit tempore curto. Unde Dnus Cardinalis videns se sic illusum recessit à Forojulij, et manifestavit. et ivit usque Paduam. deinde Romam. ibi inito Consilio misit exercitum maiorem priore. qui totam Patriam destruxit. Terramque Utini obsidit et in summo discrimine posuit. Tandem Utinenses exeuntes fortiter cum suo exercitu de Utino. miserunt in fugam agressores caesis fere omnibus. et acceptis Bombardis machinis et balistis cum magna preda Utinenses habuerunt victoriam magnam Deo sic volente cui Laus et gloria

Finita guerra hucusque enarratis rebus omnia Villis cremata fame carestia flagellati non volentes ulterius guerram facere. videntes se desertos ex utra-

que

que parte concordiam quererent insimul. et sic factum est. nuncios ex utraque parte mittentes Dnō Apostolicum sunt consulti: ut mitteret eis unum Pathā sive Pastorem utilem et benignum qui acquiescens verbis et litteris eorum elegit unum virum Videlicet Johanem de Moravia fratrem Marchionis et fratrem Regis Bohemie non tamen legitimum. sed spurium Nuntij vero reddierunt cum gaudio suamque imbaxiatam nunciaverunt. et omnes exultaverunt gaudiō magno valde

Johannes de Moravia Pathā Aquilegs. sedit Annis VI. dieb. XX cum primo venisset in Forumiulij venerandus susceptus est in Patham. Tandem inimicitia orta est inter Dnū Patham et D. Federicum Nobilem Militem de Savorgnano ex parte hominum conquerentium et accusantium D. Federicum, et ex parte sue Noverce que quotidie proclamationes faciebat coram d. Dnō Pathā. accusans eundem D. Federicum in multis. Qui Pathā eo quod erat de Parentela dicte Noverce, supradi. D. Federici credidit et assentivit verbis suis ambagijs et ad eo usque devenit quod d. D. Federicus una

die

die in Capella sua per nonnullos homines perversos in=
terfectus est. vulgata ipsius morte. illico in impetu
furoris trucidata est ab Utinensibus super Platea Com=
munis Utini Noverca ipsius D. Frederici. Tandem post
temporis cursum interceptus est et Patha in Castro Utini
ante Portam ipsius Castri. in Anno 1394= die 12= Octo=
bris. et sepultus in Utino in Ecclesia maiori ante Altare
Maius clam et in nocte absque Sacerdotibus in Sepulcro
olim Patha Nicolai Parentis sui.

Extincto Johanne. successit Antonius di Gaeta Patha Aquil.
qui ab ordinatione sua usque ad recessum eius sedit
annis VII. Hic sanus consilij sed non corpore. mamas
Mulierum sugebat propter infirmitatem quam habebat.
Malandrinos multos qui erant trans Lusentium dis=
persit et destruxit. et fortalitia eor. et propugna=
cula que habebant in nemoribus igni tradidit. Tan=
dem Patha fit exosus omnibus quia erat nimis
avarus et non expendebat Large sicut Predecessores
sui. vescebatur leguminibus cum aceto et sale, et La=
ticii crudis. et non dabat aliquid lucrum Mechani=

cij. sed solummodo accumulabat pecunijs. habens autem bursam plenam 60m ducator. et ultra. cepit iter suum paulatim, et venit Romam promittens reddire et non reddijt. et ibi factus est Cardinalis.

Antonius de Portugruario Patha Aquil. venit Aquilegiam sive applicuit in 1402. die 8o mensis Aprilis, et celebravit Missam suam novellam eodem anno in die Sti Luce Evang. et frater eius q. Nicolaus Claudus eodem die duxit uxorem della Fraschina. Nam ante idem Antonius erat Epus Concordien. et erat valde dilectus. Pape Bonifacio VIIII eo quod ipse fuerat Servitor eius. et ideo post recessum suprad. Antonij Gayetani elegit eum cum voluntate. et consensu fere omnium Castellanor. Civium. dominor. Prelator. omniumque hominum in Patria existentium. et misit eum ad partes Foriulij ipse fuit gratanter receptus atque libenter. et ei obedierunt usque dum voluerunt. Sed non post multum temporis spacium aliqui Civitatenses indignati sunt spernendo eum, atque dicentes. cuius filius est iste. filius enim Pellifiiis

est.

est ubi est Nobilitas eius, ubi militia. et sic fremebant et stridebant dentibus. et dicebant: hic non facit iustitiam. nec iudicium tenet. quare ergo debemus ei obedire, ex quo non potest facere iudicium, et iustitiam. sed quid plura. isti omnes ad rebelles legam et unionem invicem fecerunt. Mittendo edicta litterasque Dno Apostolico, querimoniam super eo faciendo falsè eum accusando in multis. Rogitando Dominum Apostolicum ut privaret eum. et aliam illis dare Patriarcham. Quibus auditis et intellectis eundem Patriarcham citari fecit, sub pena X mil. due. quod si non comparveret infra decem dies coram Dno Papa. quod ipse esset privatus à Patriarcali dignitate. Sed ad petitionem illor. Civitatensium et Collegator. eor. dedit eis unum Patha similiter nomine Antonius. qui extiterat Epus Concordiens. qui antevenieni cum eodem Papa Gregorio, sive Errorio. et merito Errorio. quia toti Mundo errorem contulit. et venerunt ad Civitatem Austrie. Antonius receptus est in Patham eor. et ex voluntate, et con-

sensu

sensu Venetor. Largitus est Patha Antonius de Portugruario Utinensibus censum, et proventus respondentes Caripe Pathali Civitatem et ipsi Utinenses eundem censum, et proventus siue afficturn Largiti sunt Venetis, et ipsi Veneti Largiti sunt dci Antonio Pathe cor. Quod censum ascendit ad summam M. Ducator., et sic fruebantur de affictibus proprijs et cor. Patha.

Hic nota quod quando Patha Antonius de Portugruario vidit se ita accusatum antequam Papa Corrarius veniret ad partes Foriulij misit Literas per Nuncios excusando se. Qui Papa nolens audire Literas, nec Nuncios intelligere, misit eum privatum privari eo quod personaliter non comparuisset coram eo. Sed divina potentia faciente illo anno omnes Principes omnes Barones et omnia Magnati simul Liber, et omnes Prelati totius Mundi clymatis uniti sunt ut generale fieret colloquium in Civitate Pisarum super facto scismatis dudum regnante temporibus preteritis videlicet fere XXXII. annos et factum est ut Papa Gregorius qui putabatur verus

Pastor,

Pastor et Benedictus qui putabatur Antipapa utra=
que deponerentur, et eligi deberet unus qui totius
orbis esse debeat verus rector, et Pastor. Appropin=
quante termino videlicet in Anunciatione B.M.V.
omnes Ambasiatores omnium Principum, omnium
Prelator. pervenerunt ad predictam Civitatem Pisa=
rum, quor. numerus fuit usque ad summam $\overset{m}{XX}$
Cumque omnes ibidem convenisset, Gregorius recu=
sasit, nec voluit comparere synodo, sed vivo recessit
venit ad partes Forijulij ad Civitatem Austriam
in die Pentecostes cum quibusdam Cardinalibus, et
aliis de gente Regis Apuliae, et aliis multis Viridenis
et transitis mentis omnibus rebellibus Dnu Patriq.
Antonii de Portugruario ibique stetit et in ma=
gna reverentia celebratur ab eisdem, et stetit in
Civitate Austria usque ad Nativitatem Stae M.V.
et recedente eo cum gente sua, et aliquibus Cardi=
nalibus non multis, sed tantum duobus Gentes
sive Stipendiarij Dnu Patriq, et Utinensium insecu=
tur

tur eos, eosque capiunt. morti tradunt. omnia bona
eorum auferunt. Papa vero evasit solus cum quibusdam.
alteri capti. et depredati fuerunt omnibus bonis eorum.
et volunt dicere aliqui sive dicunt quod idem Papa
amiserat omnibus computatis plusquam LX. $^{m.^a}$ ducatorum
et trasfretavit usque ad Apuliam. et ibi permansit
cum auxilio Regis Apuliae. Et nemo habebat eum ne-
que tenebat pro Papa nisi Rex Apuliae. Eo anno, et
1410: circa festum S.ti Jo: Bapt.e Cardinales qui tunc
erant Pisis, cum consensu, et voluntate, et delibera:
tione omnium, qui ibidem convenerant, et elegerunt
in Summum Pontificem quemdam Cardinalem qui
prius extiterat Archiep.s Mediolanensis cui imposi:
tum est Nomen Alexander. posquam electus est in
Papam. Privavit omnes adherentes Errorio. et ei
obedientes. Similiter excomunicavit Erronium, et Be=
nedictum et omnes tenentes heresim eorum. Antonium
vero Patham confirmavit in pristinum statum. seu
in Patham. et tunc videns Antonius Patha videns.

rebelles

nobiles nolentes ei obedire cepit guerram cum eis, et multa damna intulit eis. et ipsi e contra. sed multa maiora damna et pericula inimici eius pertulerunt. Benedictus vero qui putabatur Antipapa resignavit. et noluit vocari amplius Papa. et ivit ad partes suas. Eo vero anno mortuus est Alexander Papa in Civitate Bononie et ibi sepultus. Post mortem vero D. Alexandri electus est in Papam Cardinalis Boniensis. cui impositum est nomen Iohes. et idem Ihes confirmavit eundem Antonium supradm in Patham. Illo vero anno Civitatenses dediti sunt Comiti de Ortimburgh eique adheserunt, et omnibus Coligatis suis. et idem Comes venit Civitatem Austrie plusquam cum ducentis Equis. et cepit Montemfalconem et imposuit gentem suam intus. et expulit omnes populares, et maiores exceptis quatuor. et obsedit eundem Buonfare per duos annos et plus. Similiter Carnea. Tulmetium. Gemona. Spilimbergh. Valvasonus. S. Vitus. Brunera. Purcilias. Maranum et omnes Castella mentum obediebant illi Comiti Tamquam Vic. Imperatoris.

rationis. Excepto Utino. Castello Porpeti. Sacillo et aliis
paucis Locis, et Villis qui fere omnes fideles erant
Dnō Pathe propter invidiam Civitatensium.
Anno Dnī 1310 die ult.ᵃ Aug.ᵗⁱ incepit guerra inter Civitaten.
et Utinen.: Nam antea non habuerant guerram ad
invicem, sed tantummodo Patria litigavit cum eis, et
è contrario propter inobedientiam illor. rebellatores
partium adversariam. Nam iterum Pathā etiam
bellatus est cum inimicis suis fere per duos annos
et plus antequam Utinenses diffidarent Civitatenses.
et duravit guerra illa per duos menses videlicet usque ad
